rō eſt qꝛ bonū cuiuſqꝫ rei eſt i hoc ꝙ ſua operatio ſit conueniēs ſue forme. ꝓpria aūt forma hominis ē ſm quā eſt animal rōnale. vn̄ oportet ꝙ opatio hoīs ſit bona ex hoc ꝙ ē ſꝫ rōem rectā. peruerſitas autēꝫ rōnis repugnat nature rationis. poſteriꝰ aūt determinabitur ſ. in. vj. libro. quid ſit recta rō que. ſ. ptinet ad virtutes intellectuales. ſ. ad morales. Deinde cum dicit. Illud aūt precōfeſſuꝫ ſit ⁊c̄. determinat modū īquirēdi de talibꝰ. ⁊ dicit qꝺ illud oportet primo ſupponere quod oīs ſermo qui eſt de operabilibꝰ ſicut eſt iſte debet tradi typo. i. exemplariter vel ſimilitudinarie ⁊ nō ſm certitudinē ſicut dictū ē in ꝓhemio totiꝰ libri. ⁊ hoc iō qꝛ ſermones ſūt exquirendi ſm cōditionē materie vt ibidē dictū ē. videmꝰ aūt quod ea q̄ ſūt in operationibꝰ moralibꝰ ⁊ alia que ſunt ad hoc vtilia. ſ. bona exteriora nō habēt in ſeipſis aliq̄d ſtans p modum neceſſitatis. ſed oīa ſunt ꝯtingētia ⁊ variabilia ſicut etiā accidit in operibꝰ medicinalibꝰ que ſunt circa ſana. qꝛ ipſa diſpoſitio corporis ſanandi ⁊ res que aſſumūť ad ſanandū multipliciter varianť. ⁊ cū ſermo moraliū ēt in vniuerſalibꝰ ſit incertꝰ ⁊ variabilis adhuc magis cōuinctꝰ eſt ſi quis velit vlteriꝰ deſcēdere tradēdo doctrinā de ſingulis in ſpeciali hoc eni nō cadit neqꝫ ſub arte. neqꝫ ſub aliq̄ narratione. qꝛ cauſe ſingulariū operabiliū varianť infinitis modis. vnde vidēdū de ſingulis relinquiť prudētie vniuſcuiuſqꝫ. ⁊ hoc eſt quod ſubdit quod oportet ipſos operantes p ſuā prudentiā intēdere ad conſiderandū ea q̄ cōuenit agere ſm pn̄s tempꝰ cōſideratis omnibꝰ particularibus circūſtātijs. ſicut oꝫ medicū facere in medicādo: ⁊ gubernatorē in regimine nauis. quāuis autē hic ſermo ſit talis. i. vľi incertus. in particulari aūt in enarrabilis cū attēptare debemus vt aliq̄d auxiliū ſuper hoc hominis cōferamus p quod. ſ. dirigātur in ſuis opibꝰ. Deinde cū dicit. Primū igiť hoc ſpeculandū ⁊c̄. oſtēdit quales opationes ſint q̄ cauſent virtutē. Et circa hec duo facit. Primo oſtēdit ex quibꝰ operationibꝰ cauſať virtus. Secūdo oſtēdit quod virtꝰ cauſata ſimiles operationes ꝓducit. ibi. Sed non ſoluꝫ generationes ⁊c̄. dicit ergo primo hoc eē. primo cōſiderandū quod virtutes ſiue operationes cauſantes v̓tutes nate ſunt corrūpi ex ſuperhabūdātia ⁊ defectu. ⁊ ad hoc manifeſtādum oꝫ aſſumere quedā manifeſtiora ſigna ⁊ teſtimonia. ſ. ea q̄ accidūt circa v̓tutes corporis q̄ ſunt manifeſtiores q̄ꝫ virtutes aīe. videmꝰ. n. ꝙ fortitudo corporalis corrūpiť ex ſuphabūdantibꝰ gignaſijs. i. exercicijs quibuſdā corporalibꝰ. q̄bꝰ aliqui nudi detractabant. eo ꝙ p nimiā laborē debilitať v̓tꝰ naturalis corporis. ſiľr in defectꝰ hoꝝ exerciciorū corrūpit fortitudinē corporalē. qꝛ ex defectu exercicij mēbra remanēt mollia ⁊ debilia ad laborādū ⁊ ſiľr etiā ē in ſanitate. nā ſiue aliq̄s ſumat nimis de cibo vel potu ſiue etiā minꝰ q̄ꝫ oporteat corrūpiť ſanitas. ſed ſi aliq̄s per debitā mēſurā vtať exercicijs ⁊ cibis ⁊ potibꝰ fiet in eo fortitudo corporalis ⁊ ſanitas augebiť ⁊ conſeruabiť. ⁊ ita ſe hꝫ i v̓tutibꝰ aīe pura fortitudine ⁊ tpantia ⁊ alijs v̓tutibꝰ. ille eni q̄ oīa timet ⁊ fugit ⁊ nihil ſuſtinet terribiliū efficitur timidꝰ. ⁊ ſimiliter q̄ nil timet ad oīa pericula p̄cipitāter vadit efficiť audax. ⁊ ita etiā eſt ex pte tpantie. ille eni q̄ potiť q̄libet voluptate. ⁊ nullā vitat efficiť intēperatꝰ. q̄ autē oēs vitat ſicut hoīes agreſtes abſqꝫ rōe faciūt iſte efficiť inſenſibilis. nec tn̄ ex hoc accipit qꝺ v̓ginitas q̄ abſtinet ab oī delectatiōe venerea ſit viciū. tū qꝛ p hoc nō abſtinet ab oībꝰ delectatōibꝰ. tum qꝛ ab hijs delectationibꝰ abſtinet ſm rōem rectā queādmodū etiā nō ē vitioſuꝫ ꝙ aliq̄ milites abſtinēt ab oībꝰ delectatōibꝰ venereis vt liberiꝰ vacēt rebꝰ bellicis. hoc aūt iō dicta ſūt. qꝛ tpantia ⁊ fortitudo corrūpunť ex ſuphabūdātia ⁊ defectu a medietate autē ſaluāť q̄ q̄dā medietas accipiť nō ſm quantitatē ſꝫ ſm rōem rectā. Deinde cū dicit. Sꝫ ſolū generatiōes ⁊c̄. oſtēdit ꝙ v̓tꝰ ſiľes opationes ꝓducit eis ex q̄bꝰ generať. ⁊ dicit ꝙ ex eiſdē operibus fiunt generationes v̓tutum ⁊ augmētationes ⁊ corruptiones. ſed cōtrario mō accipiāt ⁊ opationes v̓tutū generataꝝ in eiſdē cōſiſtūt. ⁊ hoc pꝫ i corporalibꝰ q̄ ſūt manifeſtiora ſicut fortitudo corporalis cauſať ex h̄ ꝙ pōt mltū ſumere cibū ⁊ multos labores ſuſtinere. ⁊ qū factꝰ eſt fortis pōt iſta maxīe facere. ita ēt hꝫ ſe i v̓tutibꝰ aīe qꝛ ex hoc ꝙ recedimꝰ a voluptatibꝰ ⁊ ſiľr ſe hꝫ in v̓tute fortitudinis. qꝛ p hoc ꝙ ſumꝰ aſſueti cōtēnere. ⁊ ſuſtinere t̄ribilia efficimur fortes. ⁊ facti fortes maxime h̄ poſſumꝰ facere. ſicut etiā ignis generať ex calefactione p̄t maxīe calefacere.

ſ Ignis aūt oꝫ acere ⁊c̄. Poſtq̄ꝫ ph̄us oſtēdit q̄lis debeāt eē opiniones ex q̄bus cauſanť virtutes. hic oſtendit q̄d ſit ſignū v̓tutis iā generate. Et circa h̄ duo fač. Primo ꝓponit ꝙ intendit. Secūdo ꝓbat ꝓpoſitū. ibi. Propter voluptatē quidā ⁊c̄. Circa primū cōſiderandū ꝙ cū virtꝰ ſimilia opeť hijs opationibꝰ ex quibꝰ generata ē vt ſupra dictū ē differt executio hiꝰ opatiōis poſt v̓tutem ⁊ ante virtutē. nā ante virtutē facit hō ſibi quandā violētiā ad operādū hiꝰ. ⁊ iō tales operationes hn̄t aliquā triſticiā amixtā. Sed poſt hitū v̓tutis generatū hiꝰ opationes hn̄ť delectabiliť qꝛ habitꝰ ineſt p modū cuiuſdaꝫ nature ex h̄ aūt ē aliq̄d delectabile qꝺ ꝯuēit alicui ſm nām. dicit ergo h̄ eē ſignū hituū iā generatoꝝ vel bonoꝝ vľ maloꝝ accipiť ex delectatiōe vel triſticia que ſuperuenit opationibꝰ ⁊ h̄ manifeſtat p exēpla. ille. n. qui i hoc

gaudet ꝙ recedit a voluptatib⁹ corporalibus eſt tpat⁹. qꝛ opaꝛ id quod ē cōueniēs ſuo habitui. ꝛ ſimiliter ille q̄ ſuſtinet pericula delectabiliter vel ad min⁹ ſine triſticia ē fortis. ſimiliter. n. in actu fortitudinis ſufficit non triſtari vt infra diceꝛ in. iij. ille aūt quicūqꝫ triſticiā pericula ſuſtinet timid⁹ ē. cām aūt eius qḋ dixit aſſignat ex hoc qḋ omnis moralis vtus ē circa voluptates ꝛ triſticias. quod qdē nō ē ſic intelligendū qḋ omnis vt⁹ moralis ſit circa voluptates ꝛ triſticiā ſicut circa ꝓpriā materiā. materia. n. vniuſcuiuſqꝫ vtutis moralis eſt circa quē modū rō imponit. ſicut iuſticia circa opationes q̄ ſūt ad alterū. fortitudo circa timores ꝛ audacias. tēperantia circa q̄ſdā delectationes. ſed ſicut diceꝛ in. vij. h⁹ delectatio ē principalis finis omniū vtutū moraliū. hoc enī requiriꝛ in oī vtute morali vt aliquis delecteꝛ ꝛ triſteꝛ in qb⁹ oꝫ. ꝛ ſm hoc hic dicit qḋ moralis vt⁹ ē circa voluptates ꝛ triſticias. qꝛ intētio cuiuſlibet vtutis moralis ē ad qḋ aliqs ſe habeat in delectādo ꝛ triſtādo

Deinde cū dicit. Propter voluptatē qdē igiꝛ ꝛc̄. ꝓbat ꝓpoſitū ꝛ primo rōnib⁹ ſūptis ex hijs q̄ pertinēt ad virtutē. Secūdo ex pte ipſius hominis vtuoſi. ibi. Fiet aūt vtiqꝫ ꝛc̄. Circa p̄mū ponit q̄tuor rōes. Quarū p̄ma ſumiꝛ ex ſtudio hominū tendētiū. oſtēſum eſt enī ſupra qḋ ex eiſdē cōtrario mō factis vtus generaꝛ ꝛ corrūpiꝛ. videmus. n. qḋ ꝑ voluptatem ꝛ triſticiā vtus corrūpiꝛ. qꝛ ꝓpter concupiſcētiā delectationū opanꝛ mala propter triſticiā q̄ꝫ timem⁹ in laborib⁹ honeſtatis. recedim⁹ a bonis. i. virtuoſis operib⁹. vnde ſicut plato dixit oꝫ eum qui tendit ad virtutē ſtatī a iuuentute aliqualiter manu duci. ꝛ gaudeat ꝛ triſteꝛ de quib⁹ oꝫ. hoc ē enī recta diſciplina iuuenū vt aſſueſcant ꝙ delectenꝛ in bonis operib⁹. ꝛ triſtenꝛ de malis. ꝛ ideo inſtructores iuuenū cū bene faciūt applaudunt eis cū male faciūt increpant eos. Secundā rationē ponit. ibi. Adhuc ſi virtutes ꝛc̄. que quidē ſumiꝛ ex materia virtutis moralis in hūc modū. oīs virtus moralis ē circa act⁹ ſicut iuſticia q̄ eſt circa emptiones ꝛ vēditiones ꝛ alia hi⁹ vl' circa paſſiones. ſicut māſuetudo q̄ ē circa iras ꝛ ſic de alijs. ſed ad omnē paſſionē ſequiꝛ delectatio vl' triſticia. qꝛ paſſio aīe nihil aliud ē q̄ꝫ motus appetitiue virtutis in ꝓſecutionē boni vel in figura mali. tuꝫ ergo prouenit bonū in qḋ appetit⁹ tendit vel tum vitat maluꝫ quod refugiebat ſequiꝛ delectatio. qñ aūt ē ecōuerſo ſequiꝛ triſticia. ſicut iratus qñ cōſequiꝛ vindictā letaꝛ: ꝛ ſimiliter timid⁹ qñ euadit pericula. qñ autē ecōuerſo ſe habet triſtaꝛ. relinquiꝛ ergo ꝙ mō pō oīs virt⁹ moralis ſit circa delectationes ꝛ triſticias ſicut circa que d i finalia. Tertiā rōem ponit. ibi. Demōſtrat aūt ꝛ pene ꝛc̄. ꝛ ſumiꝛ ex medicina vtutis. ſicut enī medicine ad ſanitatē reſtituēdā ſunt quedā amare poſitiones exhibite ꝛ delectabiles ſubtracte. ita etiā ꝛ pene ſunt quedā medicine ad ſeparandā virtutē que quidam fiūt per ſubtraxionē aliq̄uā delectationeꝫ vel adhibitionem aliquaꝝ triſticiaꝝ qꝛ medicine nate ſunt fieri per contraria ſicut qñ ſuperhabūdat calor medici adhibūt frigida. ergo etiā virtus moralis eſt circa aliquas delectatiōes ꝛ triſticias. Quartam rōem ponit. ibi. Adhuc autē ſicut prius ꝛc̄. que ſumiꝛ ex eo quod eſt contrariū ꝛ corruptiuū virtutis. ꝛ dicit ꝙ oīs habitus naturam habet ad hoc que circa hec operāda quib⁹ ſit deterior ꝛ melior. i. a quib⁹ ſit deterior ꝛ melior. i. a quib⁹ augeꝛ in bonitate ſi ſit habit⁹ mal⁹. vel pōt intelligi a qbus innatus ē fieri deterior vel melior. i. a quibus natus eſt generari vel augeri ꝙ eſt fieri meliorem ſiue corrūpi vel diminui quod eſt fieri deteriorē. videmus aūt quod hoīes ſunt praui per corruptionē virtutis ex eo quod ſequūtur voluptates ꝛ fugiūt triſticias vel quas nō oportet. vel qñ nō oportet. vel qualitercunqꝫ alr' deuiet aliquis a rōe recta. ꝛ ex hac occaſione moti fuerūt ſtoyci vt dicerēt ꝙ virtutes ſunt quedā impaſſibilitates ꝛ quietes. qꝛ enī videbāt ꝙ homines fiunt mali per delectationes ꝛ triſticias ꝯñs eſſe putauerūt ꝙ virtus in hoc cōſiſtat quod omnino trāſmutatiōes paſſionū ceſſint. ſed in hoc verbo dixerūt qḋ totaliter a virtuoſo volūt excludere aīe paſſiones. pertinet enī ad bonū rōnis nō niſi reguletur per eam appetitus ſenſitiuus cui⁹ mot⁹ in paſſiones. vnde ad virtutē non pertinet ꝙ excludat oēs paſſiones. ſed ſolū inordinatas que. ſ. ſunt vt nō oportet. ꝛ qñ oportet. ꝛ que cūqꝫ alia adduntꝛ pertinentia ad alias circunſtantias. ex hijs ergo cōcludit ſupponēdū eē quod circa voluptates ꝛ triſticias virt⁹ optima opereꝛ. malicia aūt que eſt habitus virtuti cōtrarius mala. Deinde cū dicit. Fiet āt vtiqꝫ nobis ꝛc̄. ad ꝓpoſitū alias q̄tuor rationes ſumptas ex parte hominū. ex quib⁹ ineſt virt⁹ ꝛ delectatio ꝛ triſticia. Quarū prima ſumiꝛ ex cōitate delectationū. dicit ꝙ tria ſunt que cadūt ſub electione humana. ſ. bonū. i. honeſtū. cōferēs. i. vtile. ꝛ delectabile. quib⁹ tria cōtrarianꝛ. ſ. malū. i. viciū. quod oppoīꝛ honeſto. nociuū quod opponiꝛ vtili. ꝛ triſte qḋ opponiꝛ delectabili. circa oīa aūt hec bonus recte ſe habet. malus aūt homo peccat ꝛ precipue contra delectationē que eſt cōmunior inter predicta duplici cōitate. Primo quidā quātū ad ea que delectanꝛ. delectatio enim inueniꝛ in oīb⁹ aīalibus. qꝛ nō ſolum eſt ſm partem intellectiuā. ſed eſt etiā ſm ſenſitiuā ſed vtile ꝛ honeſtum pertinent ad ſolam partem intellectiuam. nam honeſtū eſt ꝙ ſit ſm rōeꝫ. vtile aūt importat ordinē alicui⁹ i alteꝝ



ordinare autē ꝓpꝛium ē rōnis oīa q̄ cadūt ſub electione. honeſtū. n. eſt delectabile ꝓpt̄ ſpēm finis nō aūt eſt ecōuerſo ꝙ oē delectabile ſit vtile vel honeſtū: vt pꝫ in delectationib⁹ ſm ſenſuꝫ.

Tertiā. n. rōnem ponit. ibi. Adhuc ex puero. que ſumiꝛ ex ꝯnaturalitate dilectionis. ſil'. n. cū oībus nutriꝛ a pueritia ipſa delectatio: qꝛ puer mox natus delectaꝛ in lacte. ꝛ iō difficile ē qḋ hō poſſit ſubiugare hāc paſſionē que opaꝛ vite in hoc. ſ. ꝙ incepit cū hoīe a principio vite. ꝛ iō circa delectationē maxime ē virtus moralis. Tertiā rōnem ponit. ibi. Regulamus autē ꝛc̄. q̄ ſumiꝛ ex humano ſtudio. oēs. n. hoīes regulant opationes ſuas delectatione ꝛ triſticia: vt. ſ. delectationibus intēdentes in q̄bus delectanꝛ: ꝛ ab eis abſtinētes de q̄bus triſtanꝛ. ꝛ iō neceſſe eſt ꝙ circa delectationē ꝛ triſticiā ſit totū negocium moralis vtutis: que. ſ. ordinaꝛ ad bene operandū. nō. n. paꝝ ꝑtinet ad opationes ꝙ aliquis vel male gaudeat vel triſteꝛ: qꝛ ſi gaudet de bōis bene operaꝛ: ſi aūt de malis male. Tertiā rōnē ponit ibi. Adhuc āt difficilius ꝛc̄. q̄ ſumit ex poſitionē eius ad irā: qꝛ vt dixit extraditus. difficilius eſt pugnare ꝯ irā difficillimū ꝓpter eius impetū. ſed concupiā delectationis ꝛ coīor ē ꝛ naturalior: ꝛ magis durat. circa difficili⁹ autem ſemꝑ cōſiſtit ars ꝛ vtus. nā in facilibus quilibet pōt bene opari: ſed bene opari in difficilibus eſt ſolum habētis vtutē ꝛ artē. ꝛ iō manifeſtū ē ex ꝑdictis ꝙ totuꝫ negociū vtutis ꝛ politice. i. ciuil' cōuerſationis cōſiſtit circa delectationes ꝛ triſticias quibus qui bene vtiꝛ: bonus erit. q̄ male aūt vtiꝛ erit malus. Deinde cū dicit. Qui q̄dē igiꝛ ꝛc̄. epilogat que dicta ſunt. ſ. ꝙ vtus ſit circa delectationes ꝛ triſticias. ꝛ ꝙ eadē ſunt ex q̄b⁹ vtus generaꝛ ꝛ augeꝛ. ꝛ ex quibus etiā corrūpiꝛ cōtrario mō factis. ꝛ eadē ſunt ex quibus generaꝛ vtus: ꝛ que operaꝛ virtus.

q Ueret āt vtiqꝫ aliquis ꝛc̄. Poſtq̄ꝫ phs oñdit ꝙ vtutes cauſanꝛ ex operibus. h̄ mouet quandā dubitationē. Et circa h̄ tria facit. Primo mouet dubitationē. Scḋo ſoluit eam. ibi. Uel neqꝫ in artibus ꝛc̄. Tertio ex determinatione q̄ōnis inducit cōcluſionē principalit̄ intentā. ibi. Bene igiꝛ dr̄ ꝛc̄. Eſt g̊ dubitatio quā p̄mo mouet talis ita ſe hꝫ ꝙ null⁹ opaꝛ opus artis niſi habēs artē ſicut opera grāmaticalia niſi grāmaticus exiſtens: neqꝫ oꝫ muſicalia niſi muſicus exñs. g̊ ita ſe habebit in vtutib⁹ ꝙ quicunqꝫ facit opera iuſta ē iā iuſt⁹. ꝛ quicunqꝫ facit opera iā tempata eſt iā tempatus. nō g̊ vr̄ veꝝ eſſe qḋ dictum ē ꝙ hoīes faciēdo iuſta fiūt iuſti: ꝛ faciendo tempata fiunt tempati. Deinde cum dicit. Uel neqꝫ in artibus ꝛc̄. ſoluit dubitationē ꝑdictā. Et p̄mo increpando id qḋ aſſumebaꝛ de artibus. Scḋo intrimēdo ſilitudinem que apponebaꝛ īter vtutes ꝛ artes. ibi. Adhuc aūt neqꝫ ſil'e ꝛc̄. Dicit g̊ p̄mo ꝙ in artib⁹ nō ita ſe hꝫ ſic aſſumebaꝛ. ſ. ꝙ quicūqꝫ facit grāmaticalia: iā ſit grāmaticus. cōuenit. n. qñ ꝙ aliqs ideota a cāu ꝓnunciet cōgruam locutionē. qñ aūt cōuenit alij ſuppoſito. ad cui⁹. ſ. exēplar opereꝛ. puta ſi aliqs minus repſentet locutionē congruā quā aliquis grāmaticus ꝓfert. ſꝫ tūc aliqs eſt iudicandus grāmaticus qñ facit opus grammaticale ꝛ grāmaticalit̄. i. ſm ſciam grāmatice quā hꝫ. Deinde cū dicit. Adhuc aūt neqꝫ ſil'is ꝛc̄. ponit ſcḋam ſolutionē. circa quā duo facit. Primo infirmit ſil'itudinē artium ad virtutem Scḋo cōcludit ſolutionē. ibi. Res quidē igiꝛ iuſte ꝛc̄. Dicit g̊ p̄mo ꝙ nō eſt ſil'e in artibus ꝛ virtutibus: qꝛ opa que fiūt ab artibus hñt in ſeipſiſ ꝙ ꝑtinēt ad bene eē artis. cuius rō eſt: qꝛ rō eſt ars recta factibilium: vt diceꝛ in. vi. hui⁹. facere aūt eſt opatio tranſiēs in exteriorē materiā. tal' aūt actio eſt ꝑfectio facti: ꝛ iō in huiuſmodi actionibus bonū cōſiſtit in ipſo facto. ꝛ iō ad bonū artis ſufficit ꝙ ea q̄ fiunt bene ſe habeāt. ſꝫ vtutes ſunt p̄ncipia actionū q̄ nō tranſeunt i exteriorem materiā ſꝫ manent in ipſis agentib⁹. vñ tales actiones ſunt ꝑfectiones agentiū: ꝛ iō bonum haꝝ actionū in ipſis agentibus. ꝛ iō dic̄ ꝙ ad hoc ꝙ aliqua fiant iuſte vel tempate nō ſufficit ꝙ opa que fiunt bene ſe habeāt. ſed requiriꝛ ꝙ opans debito mō opereꝛ in quid mō tria dic̄ eſſe attendenda. quoꝝ ꝑtinet ad intellectuꝫ ſiue ad rōnem: vt. ſ. qui facit op⁹ vtutis nō opereꝛ ex ignorātia vel a cāu: ſed ſciat quid faciat. Scḋm accipiꝛ ex pte vtutiſ appetitiue: in quo ſcḋo attēdiꝛ. quoꝝ vnū eſt vt nō opereꝛ ex paſſione: puta cū facit ex timore aliqḋ op⁹ vtutis. ſed opereꝛ ex electione. aliud aūt eſt: vt electio opis vtuoſi nō ſit ꝓpt̄ aliquid aliud ſic cū aliqs opereꝛ op⁹ vtutis ꝓpter lucꝝ: vel ꝓpter inanē gloriā. Sꝫ ſic ꝓpter hoc. ſed ꝓpter ipm opus virtutis qḋ ſm ſe placet ei qui hꝫ habitū vtutis tanq̄ꝫ ei cōueniēs Scḋm aūt accipiꝛ ſm rōneꝫ habitus: vt. ſ. aliqs firme. i. cōſtanꝛ q̄tum ad ſeipm īmobilr̄. i. a nullo exteriori ad h̄ remoueaꝛ qñ habeat electionē virtuoſam ꝛ opeꝛ ſm eam. ad artes nō requiriꝛ niſi p̄ncipium hoꝝ qḋ eſt ſcire. pōt. n. aliqs eſſe bonus artifex etiā nunq̄ꝫ eligat opari ſm artem vel ſi nō ꝑſeueret i ſuo ope ſed ſcia paruā vel nullam hꝫ ad hoc ꝙ hō ſit vtuoſus: ſed totū conſiſtit in alijs que quidē aduenerint hoī ꝛ frequēti opationi virtuoſoꝝ illi habitui ꝛ īmobilr̄ eius ꝑſeuerat. Deīde cū dicit Res quidē igiꝛ ꝛc̄. cōcludit ſolutionē ꝑdicte dubitationis: ꝛ dic̄ ꝙ reſ que fiunt dicunꝛ iuſte ꝛ tempate que ſunt ſil'es alijs quas iuſt⁹ ꝛ tempatus: ſꝫ ille qui ſic ea operaꝛ ſic operanꝛ iuſti ꝛ tempati ſm tria ꝑmiſſa ſic igiꝛ homīes p̄mo operanꝛ iuſta ꝛ tempata ſi eodem mō quo iuſti ꝛ tēperati vtunꝛ ex talib⁹ operationibus cauſaꝛ habit⁹. ſi quis āt querat quō vel poſſibile cū nihil reducat ſe de potētia in actum. dicendū ē ꝙ perfectio vtutis moraliſ de qua nunc loquimur cōſiſtit in h̄ ꝙ appetit⁹ reguleꝛ ſm rōnē. p̄ma aūt rōnis principia ſunt

naturalr̄ nobis īdita: ita in operatiuis ſʒ ī ſpeculatiuis. ⁊ iō ſicut per pricipia ꝑcognita facit aliq̄s inueniendo ſcientē in actu: ita agendo ſm̄ principia rōnis practice fac̄ aliq̄s ſe virtuoſū in actu.

Deinde cū dicit. Bene igit̄ ⁊c̄. cōcludit concluſionē principalr̄ intentā. Et p̄mo cōcludit ꝓpoſitū. Scđo arguit quorūdā ereorē. ibi. Sʒ iuſti quidē ⁊c̄. cōcludit ḡ primo ꝙ bene ē dictum eſt ꝙ hō ſit iuſtꝰ ex eo ꝙ tēperata operat̄. ⁊ h̄ aūt qō nō operant̄ nullus nec ſtudiū opponit̄ ad hoc fiat bonus. Deīde cū dic̄. Sed iuſti h̄ quidē ⁊c̄. agūt quorundā errorē nō operāt̄ opera v̄tutis. ſed fugiendo ad rōnandū de v̄tutibus eſtimant ſe fieri bonos ꝓhando: quas dic̄ eſſe ſiles infirmis: qui ſolicite audiūt ea que dicunt̄ ſibi a medicis: ſed nihil faciūt eoꝝ q̄ ſibi ꝑcipiūt̄ ita. n. ſe hʒ ꝓhia ad curationē aīe: ſic medicīa ad curatiōeʒ corpis. vn̄ ſic illi qui audiūt ꝑcepta medicoꝝ nō faciunt. nunq̄ʒ erūt bene diſpoſiti ſm̄ corpus. ita neqʒ illi qui audiunt documēta moralium ꝓhoꝝ ⁊ nō faciunt ea: nunq̄ʒ habebunt animā bene diſpoſitam.

Poſtq̄ʒ ph̄s determinauit de cā v̄tutis. h̄ incipit inquirere quid ſit virtus. Et diuidit̄ in ptes duas. In p̄ma oñdit quid ſit v̄tus. In ſcđa determinat de opatione v̄tutiſ ad vitiū. ibi. Tribus aūt diſpōnibus ⁊c̄. Prima aūt ps diuidit̄ in ptes duas. In p̄ma determīat quid eſt virtus in generali. In ſcđa manifeſtat diffinitionē aſſignatā in ſingulis v̄tutibus. ibi: Oportet aūt nō ſolum vlr̄ dici. Prima aūt diuidit̄ in ptes duas. In p̄ma inueſtigat diffinitionem virtutis. In ſcđa cōcludit diffinitionē. ibi. Eſt ḡ virtus habitus ⁊c̄. Circa p̄mum duo facit Prīo inueſtigat genus virtutis. Scđo drīam eius. ibi. Oportet aūt nō ſolum ⁊c̄. inueſtigat āt genus virtutis per viā diuiſionis. Unde circa p̄mum tria facit. Primo ꝓponit dubitationem. Scđo exponit mēbra eius. ibi. Dico aūt paſſiones quidē igit̄ ⁊c̄. Dicit ḡ p̄mo ꝙ ad perſcrutādum quid eſt virtus oꝫ aſſumere ꝙ tria ſunt in aīa. ſ. paſſiones: potētie: ⁊ habitus. quoꝝ alterū neceſſe eſt eſſe v̄tutē. dixit. n. ē. ꝙ virtus eſt principium quarūdā opationū aīe. nihil āt eſt in aīa qō ſit opationis principiū niſi aliquod hoꝝ triū videt̄. n. homo aliqñ agere ex paſſione: puta ex ira. qñq̄ʒ v̄o ex habitu: ſicut ille qui operat̄ ex arte. qñq̄ʒ v̄o ex nuda potētia: ſicut qñ homo incipit primo opari ex quo pʒ ꝙ ſub hac diuiſione nō cōprehēdunt̄ abſolute oīa legibilia: ſed ſolū hic tangunt̄ illa que ſunt p̄ncipia alicuius actionis. Deinde cum dicit. Dico aūt paſſiones. manifeſtat que ſunt paſſiones. Scđo que ſunt potentie. ibi. Potētes autē ⁊c̄. Tertio qui ſunt habitus. ibi. Habitus autem ſm̄ quos ⁊c̄. Circa principium cōſiderandum eſt: ꝙ ſm̄ vegetabilē animā non dicunt̄ paſſiones aīe eo ꝙ vires hꝰ partis aīe non ſunt paſſiue ſed actiue. vires aūt appetitiue ſunt paſſiue cum in pte intellectiua ꝑec̄ intellectum agentē: ⁊ q̄uis ſentire ⁊ intelligere ſit pati quoddā nō tamē dicunt̄ paſſiones aīe ſm̄ apprehenſionē ſenſus vel intellectus: ſʒ ſolum ſm̄ appetitum. quia opatio potētie apprehenſiue eſt per modū apprehenſionis: ⁊ ſic res apprehenſa quodāmodo trahit̄ ad cōprehendentem. opatio autē potentie appetitiue eſt ſm̄ ꝙ appetens inclinat̄ ad appetibile. ⁊ quia de rōne patientis eſt ꝙ trahat̄ ab agente: ⁊ nō econuerſo. inde eſt ꝙ opationes potentiaꝝ apprehenſiuaꝝ nō dicunt̄ ꝓprie paſſiones: ſed ſolum operationes appetitiuaꝝ. inter quas etiā opatio appetitus intellectiui nō ꝓprie dr̄ paſſio, tum q̄a nō eſt ſm̄ tranſmutationē organi corporalis: q̄ requirit̄ ad rōnem paſſionis ꝓprie dicte. tum qꝛ etiam ſm̄ opationē appetitus intellectiui qui eſt voluntarius. homo nō agit̄ tanq̄ʒ patiens: ſʒ potius ſeipm̄ agit tanq̄ʒ dn̄s ſui actus exiſtens Relinquit̄ ergo ꝙ paſſiones ꝓprie dicant̄ operationes appetitus ſenſitiui que ſunt ſm̄ tranſmutationē organi corpalis: ⁊ quibꝰ homo quodam dr̄. appetitus autē ſenſitiuus diuidit̄ in duas vires. ſ. in cōcupiſcibilis: qui reſpicit abſolute bonum ſenſibile: quod. ſ. eſt delectabile ſm̄ ſenſum ⁊ malum ei cōtrarium: ⁊ iraſcibilē que reſpicit bonum ſub rōne cuiuſdam altitudinis: ſic̄ victoria dr̄ eſſe quoddā bonum: q̄uis nō ſit cū delectatione ſenſus. ſic igit̄ quecūq̄ʒ paſſiones reſpiciunt bonum vel malum abſolute ſunt in cōcupiſcibili: quaꝝ quedam ſunt reſpectu boni ⁊ ſunt tres: amor qui importat quandā cōnaturalitatē appetitus ad bonum amatum. ⁊ deſiderium quod importat motum appetitus in bonū amatum. ⁊ delectatio: que importat quietē appetitus in bono amato. Quibus opponunt̄ in ordine ad malum. ſ. odium amori aduerſio: ſiue fuga deſiderio ⁊ triſticia delectationi. Ille vero paſſiones que reſpiciūt bonū vel malū ſub rōne cuiuſdam ardui ptinent ad iraſcibile ſicut timor ⁊ audacia reſpectu mali. ſpes ⁊ deſperatio reſpectu boni. ⁊ q̄tum eſt ira que eſt paſſio compoſita. vnde nec cōtrarium dicit. ⁊ ideo enumerando dicit: ꝙ paſſiones ſunt cōcupiſcētia quā nominamus deſiderium ⁊ ira ⁊ timor ⁊ audacia ⁊ inuidia que continent̄ ſub dilectioni. Eſt enim delectatio nō corporalis: ſed interiori apprehenſione conſiſtens ⁊ amicicia ⁊ odium ⁊ deſiderium quod differt a cōcupiſcentia: eo ꝙ concupiſcentia eſt delectationis corporalis. deſiderium autē cuiuſdam altius delectabili. addit aūt zelum ⁊ miſericordiam que ſunt ſpeties triſtitie nā miſericordia eſt triſticia de malis alienis: zelus autē eſt triſticia de hoc ꝙ homo deficit ab his que alij habēt: addit autē ꝙ vniuerſaliter ad omnia predicta ſequit̄ delectatio triſticia: quia omnia alia important motus quoſdā in bonuʒ ⁊ malum ex quoꝝ ſuperuentu cauſat̄ delectatio vel triſticia. vnde omnes alie paſſiones terminant̄ ad delectationem ⁊ triſticiā. Deīde cum dicit. Potentias autem ⁊c̄. manifeſtat ꝙ ſunt potentie non quidē in generali: ſʒ circa materiam moralē ſm̄ differentiam ad paſſiones. Dicit enim ꝙ potētie dicunt̄ ſm̄ quas dicimur paſſibiles predictaꝝ paſſionum. i. potentes pati paſſiones predictas. puta potentia iraſcibilis ē ſm̄ quam poſſumus iraſci. potentia autem concupiſcibilis eſt ſm̄ quam poſſumus triſtari vel miſereri. Deinde cum dicit. Habitus autem ⁊c̄. manifeſtat quot ſint habitus. ⁊ hoc etiaʒ in generali in materia morali per compationē ad paſſiones. Et dicit ꝙ habitus dicunt̄ ſm̄ quos nos habemus ad paſſiones bene vel male. habitus eſt enim diſpoſitio quedā determinans potentiam per compationem ad aliquid que quidem determinatio ſi ſit ſm̄ quod cōuenit nature rei erit habitus bonus diſponens ad hoc ꝙ aliquid fiat bene: alioquin eſt habitus malus. ⁊ ſm̄ ipſum aliquid fiet male. ⁊ exemplificat ꝙ ſʒ aliquē habitum habemus nos vt noſcamur vel male ſi hoc fiat vehementer vel remiſſe. i. ſm̄ ſuperhabundantiā aut defectum: vel bene ſi hoc fiat medio modo. Deinde cum dicit. Paſſiones quidem igit̄ ⁊c̄. argumentat̄ ex diuiſione ꝑmiſſa. Et primo oſtendit ꝙ virtutes nō ſint paſſiones: Secūdo ꝙ nō ſunt potentie. ibi. Propt̄ hoc autem neqʒ potētie ⁊c̄. Tertio concludit ꝙ ſunt habitus. ibi. Si igitur neqʒ paſſiones ⁊c̄. Circa primuʒ ponit q̄tuor rōnes. quaꝝ prima ē talis ſm̄ virtutes dicūt̄ boni. ⁊ ſm̄ malicias oppoſitas dicunt̄ mali: ſed ſm̄ paſſiones abſolute conſideratas nō dicunt̄ boni vel mali. ergo paſſiones neqʒ ſunt virtutes neqʒ malicie. Secundam rōnem ponit ibi. Quoniam ſm̄ paſſiones ⁊c̄. que accipitur ex laude ⁊ vituperio: que ſunt teſtimonia quedā bonitatis vel malicie. dicit ḡ ꝙ ſm̄ virtutes laudamur: ſm̄ auteʒ malicias oppoſitas vituperamur. Sed ſm̄ paſſiones abſolute conſideratas neqʒ laudamur neqʒ vituperamur. non enī aliquis laudat̄ neqʒ vituperat̄ ex hoc ꝙ aliquis abſolute timet vel iraſcit̄ ſʒ ſolum ex hoc ꝙ aliqualr̄ timet vel iraſcitur. i. ſm̄ rōnē vel per rōnem. Et idem eſt intelligendū in alijs paſſionibus anime. ergo paſſiones anime neqʒ ſunt virtutes neqʒ malicie. Tertiam rōnem ponit. ibi. Adhuc iraſcimur. que ſumitur ex modo agendi ſm̄ virtutem. Uirtutes eniʒ vel ſunt electiones: vel nō ſunt ſine electione. Poteſt enim virtus dici ipſe actus virtutis. ⁊ ſic ſi accipiamꝰ principales actus virtutum qui ſunt interiores. virtus eſt electio. ſi autem exteriores virtus non eſt ſine electione: qꝛ exteriores actus virtutiſ ab interiori electione procedunt. ſi autem accipiat̄ virtus pro habitu ipſo virtutis ſic etiam virtus nō eſt ſine electione: ſicut cauſa nō eſt ſine proprio effectu. paſſiones autem adueniunt nobis ſine electione: quia interdū preueniunt deliberationem rōnis: que ad electioneʒ requirit̄. ⁊ hoc eſt quod dicit ꝙ iaſcimur ⁊ timemus nō ſponte. i. ex arbitrio rōnis. ergo paſſiones non ſunt virtutes. Quartā rōneʒ ponit. ibi. Adhuc ſm̄ paſſiones ⁊c̄. ſumit̄ ſm̄ ipſam eſſentiam virtutis. Paſſiones enim ſunt motus quidam ſm̄ quos nos moueri dicimur. Uirtutes ⁊ malicie ſunt quedam qualitates ſm̄ quas non dicimur moueri. ſed aliqualiter: id eſt bene vel male diſponi ad hoc ꝙ moueat̄. ergo paſſiones nō ſunt virtutes neqʒ malicie. Deinde cum dicit. Propter hoc autem ⁊c̄. oſtendit ꝙ virtutes nō ſunt potentie duabus rōnibus: quaꝝ prima ſumit̄ ſm̄ rōnem boni ⁊ mali: ſicut etiam ⁊ ſupra ꝓbauit de paſſionibus. Et eſt rō talis. nullus bonus vel malus dr̄ neqʒ laudat̄ neqʒ vituperat̄ ex hoc ꝙ poteſt pati ſm̄ aliquam paſſionem. puta ex hoc ꝙ poteſt iraſci vel timere: ſed ſm̄ virtutes ⁊ malicias dicunt̄ boni vel mali laudamur vel vituperamur. ergo virtutes ⁊ malicie nō ſunt potentie Secundā rōnem ponit. ibi. Adhuc potentes ſumus ⁊c̄. que ſumit̄ ex cauſa: ⁊ eſt. tales potentie inſunt nobis a natura: quia ſunt naturales proprietates anime: ſed virtutes ⁊ malicie ſm̄ quas dicimur boni vel mali. nō ſunt nobis a natura: vt ſupra probatum eſt. ergo virtutes ⁊ malicie nō ſunt potentie. Deinde cum dicit. Si igit̄ neqʒ paſſiones ⁊c̄. concludit ꝓpoſitum: quia. ſ. ſi virtutes nō ſunt paſſiones neqʒ potentie relinquit̄ ꝙ ſunt habitus ſm̄ diuiſionem premiſſam ⁊ ſic concludit ꝙ manifeſtū eſt ꝙ ſit virtus ſm̄ ſuum genus. quod ſcilicet eſt in genere habitus.

Portet autem non ſolum ⁊c̄. Poſtq̄ʒ philoſophus oñdit quid ſit genus virtutis. hic inquirit que ſit ꝓpria differentia eius. Et primo ꝓponit quod intendit. Et dicit quod ad hoc ꝙ ſciat̄ quid eſt virtus. oportet nō ſolum dicere ꝙ ſit habitus per quē innoteſcit genus eius. ſed etiā qualis habitꝰ ſit per qō manifeſtatur differentia eius. Secundo. ibi. Dicendum igitur ⁊c̄. manifeſtat ꝓpoſitum. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat in communi quandam conditionē virtutis. Secundo ex illa conditione virtutis manifeſtat propriam differentiā eius. ibi. Qualiter autē ⁊c̄. Dicit ergo primo ꝙ omnis virtus ſubiectum cuius ē facit ſe bene habere. ⁊ opuſ eius bene ſe habens ſicut virtus oculi eſt per quam ⁊ oculus eſt bonus. ⁊ per quam bene videmus quod eſt propriū opuſ oculi. Similiter etiam virtutis equi eſt. que facit enim bonum per quam equus bene operat̄ opꝰ ſuū quod eſt velociter currere. ⁊ ſuauiter ferre aſſeſſorem: ⁊ audaciter expectare bellatores. ⁊ huiuſmodi rō eſt quia virtus alicuius rei attenditur ſm̄ vltimum id quod poteſt. puta in eo ꝙ poteſt ferre centum libras. virtus eius deterioratur non ex hoc ꝙ fert q̄nq̄gīta: ſed ex h̄ ꝙ cōfert centum: vt dr̄ primo celo. Ultimum autem ad quod potētia alicuius rei ſe extendit ē bonū opus. ⁊ ideo ad virtutē cuiuſlibet rei pertinet ꝙ reddat bonum opus: ⁊ quia ꝑfecta operatio nō

ꝓcedit:niſi a perfecto agente. cõſequens ẽ ꝙ
ſm virtutem ꝓpriam vnaqueq; res ⁊ bona ſit:
⁊ bene opeꝛ̃. ⁊ ſi hoc eſt verũ in omnibus alijs vt
ex perſona palam patet. ſequit̃ ꝙ virtus hoĩs
erit habitus quidam vt ſupra dictũ eſt. ex quo
homo fit bonus formaliter loquendo: ſicut albe
dine fit aliquis albus: ⁊ ꝑ quẽ aliquis bñ opat̃.
Deinde cum dicit. Qualiter autẽ hoc erit ⁊c̃.
ſm premiſſam conditionẽ virtutis inquirit dif/
ferentiam propriam virtutis. Et hoc tripliciter.
Primo quidẽ ſm ꝓprietatẽ operationũ. Secũ
do ſm naturã virtutis. ibi. Adhuc autẽ ⁊ h̔ erit
⁊ manifeſtum ⁊c̃. Tertio ſm ꝓpriam rõnem bo
ni vel mali. ibi. Adhuc peccare quidem ⁊c̃. dicit
ergo p̃mo ꝙ qualiter homo fiat bonus: ⁊ qualr̃
bene opereꝛ̃: iam ſupra dictum eſt. dictum ẽ.n.
ſupra ꝙ per operationes que ſunt in medio effi
cimur boni ſm vnãquãq; virtutem. ⁊ effecti bo
ni ſimiles operationes. relinquitur ergo ſi virtus ẽ
que facit hominem bonum ⁊ bene operantem
qđ ſit in medio. Deinde cum dicit. Adhuc ãt
⁊c̃. probat idem per naturã virtutis ⁊c̃. Et cir/
ca hoc tria facit. Prĩo p̃mittit q̃dã q̃ ſunt neceſ/
ſaria ad propoſitũ oſtendendũ. Secundo con/
cludit ꝓpoſitum. ibi. Si itaq; omnis ſcientia ⁊c̃.
Tertio concluſionẽ. ibi. Dico autẽ moralem ⁊c̃.
Circa p̃mum duo facit. Primo ꝓponit ea que
ſunt neceſſaria ad ꝓpoſitum oſtendendũ. Se/
cundo manifeſtat quod dixerat. ibi. Dico vtiq;
⁊c̃. Dicit ergo p̃mo ꝙ adhuc magis manife/
ſtum erit qualiter efficiamur boni ⁊ bene opan
tes. Si conſideremus qualis ſit natura virtutis
ad cuius euidentiã oportet accipere quaſi tria
quidem enim plus ⁊ minus ⁊ equales conue/
nit accipere. tam in cõtingentibus continuis q̃
etiam in quolibet alio diuiſibili ſiue diuidantur
ſm numeꝝ ſicut omnia diſcreta. ſiue per accñs
puta per intentionem ⁊ remiſſionem qualitatis
in ſubiecto. hec autem tria ita ſe habent qđ eq̃le
eſt medium inter plus ⁊ minus: quod pertinet
ad ſuperabundantiam: ⁊ minus quod pertinet
ad defectum. Et hoc quidẽ poteſt dupl'r accipi
Uno modo ſm abſolutam quantitatẽ rei. Alio
modo ſm ꝓportionẽ eius ad nos. Deinde cũ
dicit. Dico vtiq; ⁊c̃. manifeſtat quod dixerat de
differentia ſm rem: ⁊ quo ad nos. Et primo per
rõnem. Secundo per exempla. ibi. Puta ſi ⁊c̃.
dicit ergo p̃mo modo ſm rem eſt qđ equaliter
diſtat ab vtroq; extremoꝝ. ⁊ quia conſideratur
ſm quantitatem abſolutã rei idem eſt quo ad
nos. ſed medium quo ad nos eſt: quia neq; ſupͥ
abundat: neq; deficit a debita ꝓportiõe ad nos
⁊ ꝓpter hoc iſtud medium nõ eſt idem quo ad
omnes ſicut ſi accipiat̃ in calceo medium quo
ad nos: qđ neq; excedit menſuram pedis neq;
deficit ẽt quia nõ omnes habẽt eandem quanti
tatem pedis ⁊c̃. h̔ mediũ non idem quo ad oẽs.
Deinde cũ dicit. Puta ſi decem ⁊c̃. manife/
ſtat quod dixerat per exempla. Et p̃mo de me/
dio rei quod equaliter diſtat ab extremis. ſic̃ enĩ
mediũ accipit̃ ſm equalitatẽ ꝓportionis dicit̃
eſſe ſm geometriam ꝓportionẽ: vt infra patebit
in ſexto huius. Scđo ibi. Qđ autẽ ⁊ nos ⁊c̃.
exemplificat de medio. ⁊ dicit ꝙ mediũ qđ aci
pit̃ in cõpatione ad nos nõ eſt ita ſumendũ
ſ. ſm equidiſtãtiã ab extremis. ⁊ hoc ſatis appa
ret in exẽplo prius poſito de calceo. non enĩ ſi
calceus cuius longitudo eſt xxx. digitoꝝ ſupabũ
dans eſt. ille autẽ qui eſt quattuor diminut᷒ ꝓ/
pter hoc oꝫ ꝙ ille qui eſt quinq; digitoꝝ medio
modo ſe habeat. ſed forte erit abundãs in com
patione ad pedẽ alterius. ⁊ hoc etiã ipſe exẽplifi
cat ĩ cibis io. minas. i. io. menſuras eſt multũ: ⁊
comedere duas eſt paucũ. ꝓpter hoc magiſter
quidam ordinate de cibo alicuius p̃cipiat ei qđ
mediat ſex: quia hoc ineſt multum in ꝯpatione
ad vnũ vel paucis ad quandã qui vocabat̃ mi/
lo de quo ſolinus narrat ꝙ comedebat vnũ bo
uem in die. ſed hoc eſſet multũ duatori gignaſi
oꝝ rei. qui debeat vincere in ludis gignaſticis in
quibus hoĩes nudi luctabant̃. ⁊ oportebat eos
modicum cibũ ſumere cũ eſſent. ſil'r eſt de his
qui ludunt in ſtadio. ⁊ de his qui ludunt in pale
ſtra qui erat quidã ludus exercitatorius apud
grecos. ⁊ ita etiã eſt ſm oẽm operatiuã ſcientiã
ꝙ ſciens fugit ſupabundantiã ⁊ defectũ. ⁊ deſi/
derat inquirere id qđ eſt mediũ: non quidẽ ſm
rem: ſed in cõpatione ad nos. Deinde cũ di
cit. Si vtiq; oĩs ſcĩa ⁊c̃. Ex premiſſis argumen/
tat̃ in hunc modũ. omnis ſcientia operatiua be
ne perficit opus ſuum. ex hoc ꝙ ſm intentionẽ
reſpicit ad mediũ: ⁊ ſm executionẽ opera ſua ꝓ
ducit ad mediũ. ⁊ huiuſmodi. ſignũ accipi p̃nt
ex hoc homines qñ aliquod opus bene ſe habet
cõſumit dicere. quod nihil eſt addendũ, vel mi/
nuendũ. dantes per hoc intelligere ꝙ ſupabun
dantia ⁊ defectus corrũpũt bonitatẽ operis que
ſaluat̃ in medietate. vnde ⁊ boni artifices ſicut
dictum eſt operant̃ reſpicientes ad mediũ. ſed
virtus eſt certior omniũ arte ⁊ etiã melior: ſicut
⁊ natura. virtus enĩ moralis agit inclinando de
terminante ad vnum: ſic̃ ⁊ natura. nã cõſuetu/
do in naturã v̄tit̃. opatio autẽ artis eſt ſm rõeꝫ
que ſe habet ad diuerſa. vnde tertius melius q̃
ars: ſicut ⁊ natura: ſimiliter etiã virtus ẽ melior
q̃ ars: quia per artẽ eſt homo potens facere bo
num opus nõ tamẽ ex arte eſt ei ꝙ faciat bonũ
poteſt enĩ prauum opus agere: quia ars non in
clinat ad bonum vſum artis. ſicut grãmaticus
poteſt incongrue loqui. ſed᷈ per virtutem ali/
quis non ſolum poteſt bene operari: ſed etiam
bene operans: quia virtus nõ inclinat ad bonã
operationem: ſicut in natura. ars autem ſola facit
cognitionẽ ſolã bone operationis. vnde relinqui
tur a minori ꝙ incus qđ eſt melior arte ſit con
iectatrix medij. Deinde cum dicit. Autẽ ⁊c̃.
ponit cõcluſionem inductã. Et dicit ꝙ dictum
eſt debet intelligi de virtute morali que ẽ circa
paſſiones ⁊ opationes in quibus ẽ accipere ſu/
perabundantiã ⁊ defectum ⁊ mediũ. Et exem/
plificat p̃mo in paſſionibus. Dicit.n. ꝙ cõuenit
timere audere ⁊ ꝯcupiſcere ⁊ auerti. i. fugere ali
quid ⁊ iraſci ⁊ miſereri: ⁊ vl'r delectari ⁊ triſtari
magis ⁊ minus q̃ oportet quoꝝ vtrũq; non bñ
fit. ſed ſi aliquis timeat ⁊ audeat. ⁊ ſic de alijs q̃
oportet: ⁊ in quibus oꝫ. ⁊ ad quos optet: ⁊ cui᷒
gratia oꝫ: ⁊ eodem mõ quo oꝫ. hoc eſt medium
in paſſionibus: ⁊ hoc conſiſtit optimũ virtutis
⁊ ſimilit̃ circa opationes eſt ſupabũdantia ⁊ de
fectus ⁊ mediũ. Uirtus q̃ moralis eſt circa paſ/
ſiones ⁊ opationes: ſicut circa naturã ꝓpriam
ita ꝙ in eis ſuperabundantia eſt vitioſa ⁊ defe/
ctus vituperabilis. ſed medium laudat̃ ⁊ recte ſe
habet. hec autẽ ſecundo ad virtutem pertinent
ſ. rectitudo que opponitur peruerſitati vitioſe. ⁊
laus que opponitur vituperio. que conſequũt̃
ex primis duabus. ⁊ ſic concludit ꝙ virtus mo/
ralis ⁊ in ſe conſiderata eſt quedam medietas.
⁊ eſt in medij coniectatrix inquantum. ſ. reſpic̃
ad medium compatur.

a D hoc quidem poteſtate ⁊c̃. Premiſſis
duabus rõnibus. hic ponit pħs tertiã
que ſumitur ex rõne boni ⁊ mali. ⁊ dic̃
ꝙ multiplex cõtingit peccare: quia malũ quod
includitur in rõne peccati pertinet ad infinitũ
⁊ quia bonum ſm eos pertinet: per hoc poſitũ
eſt intelligendũ ꝙ recte agere contingit ſolum
pro vno modo. huiuſmodi autẽ rõ accipi poteſt
ex eo quod dionyſius dicit in libro de diui. no.
quia bonum contingit ex vna ⁊ integra cauſa
malum autẽ ex ſingalaribus defectibus ſicut pꝫ
in bono ⁊ malo corporali. turpitudo enĩ que eſt
malum corporalis forme contingit quodcunq;
mẽbꝝ indecenter ſe habeat. ſed pulchritudo nõ
contingit: niſi omnia mẽbra ſint bene ꝓportio/
nata ⁊ colorata. ⁊ ſimiliter egritudo que ẽ male
complexionis corporalis ꝓuenit ex ſingulari de
ordinatione cuiuſlibet humoris. ſed ſanitas eẽ
nõ poteſt niſi ex debita ꝓportione humorum
⁊ ſimilit̃ peccatum in actione humana conue/
nit quecunq; circũſtantiaꝝ ĩordinate ſe habeat
qualitercũq; vel ſm ſupabundantiã vel ſm de/
fectum. Sed rectitudo eius nõ erit niſi omnib᷒
circũſtantijs debito modo ordinatis. ⁊ ideo ſic̃
ſanitas vel pulchritudo contingit vno modo. e/
gritudo autem ⁊ turpitudo multis: ĩmo infini/
tis modis. ita etiam rectitudo opationis vno ſo
lo modo contingit. peccatum autem in actione
contingit infinitis modis. ⁊ inde eſt ꝙ peccare
eſt facile: quia multipliciter h̔ cõtingit. ſed recte
agere eſt difficile: quia non ꝯtingit niſi vno mõ
⁊ ponit exemplũ: quia facile eſt dimittere a cõ
muni actu. ſigni. i. puncti ſummitatis circuli. ſi/
ue in quacunq; alia ſupficie determinare ſigna
ti: quia hoc contingit infinitis modis: ſed tãgere
ſignum eſt difficile: quia cõuenit vno ſolo mõ.
manifeſtũ autẽ ꝙ ſuperabundantia ⁊ defectus
multiplicit̃ contingunt: ſed medietas vnõ mõ.
vnde manifeſtum ſit ꝙ ſuperabundantia ⁊ de/
fectus ad maliciã aut ad v̄tutẽ: q: boni ſunt aliq̃
ſimpliciter. i. vno modo. ſed mali ſunt multipha
rie. i. multiplicit̃: vt dictum eſt. Deinde cum
dicit. Eſt ergo virtus habitus ⁊c̃. cõcludit ex p̃/
miſſis diffinitionẽ virtutis. Et p̃mo ponit ipſã
diffinitionẽ. Secundo manifeſtat eã. ibi. Me/
dietas autem duaꝝ ⁊c̃. Tertio excludit errorem
ibi. Non autem ſuſcipit oĩs ⁊c̃. In diffinitione
autẽ virtutis ponit quattuor. Quaꝝ primum eſt
quod tangit cum dicit. ꝙ virtus eſt habitus: vt
ſupra habitum eſt. Secundũ eſt actus virtutis
moralis. oportet enim habitũ diffiniri per actũ
⁊ hoc tangit cum dicit electionis. i. ſm electio/
nem. operans principale enĩ virtutis eſt electio
vt infra diceꝛ̃: ⁊ quia oportet actũ determinari
per obiectuc. Ideo tertio ponit obiectũ ſue acti
onis. ⁊ hoc dicit exiſtens in medietate quo ad
nos. oſtenſum eſt enĩ ſupra ꝙ virtus inquirit ⁊
operat̃ medium nõ rei ſed quo ad nos. dictum
eſt autẽ ſimiliter ꝙ virtus moralis eſt in appeti/
tu qui pticipat rõnem. Et ideo oportuit quartã
particulam apponi: que tangit cãm bonitatis in
virtute cum dicit. Determinate autẽ rõne. non
enĩ inquirere medium eſt bonum niſi inquan/
tum eſt ſm rõnem determinatam. veꝝ quia cõ/
tingit rõnem eſſe ⁊ rectam ⁊ erroneã: oportet
virtutẽ ſm rõnem rectam operari: vt ſupra ſup
poſitum eſt. Et ad hoc exemplificandum ſubdit
Ut vtiq; ſapiens determinabit ⁊c̃. ſ. medium. ſa
piens autẽ hic dicit̃ nõ ille qui eſt ſapiens ſim/
pliciter quaſi cognoſcens altiſſimam cãm toti᷒
vniuerſali. ſ. prudens qui eſt ſapiens reꝝ humã
naꝝ: vt infra in ſexto dicetur. nam ⁊ in arte edi/
ficatoria quid bonum ſit fieri ſm iudicium ſapi
entis in arte illa. ⁊ idem eſt in omnibus alijs ar/
tib᷒. Deinde cum dicit. Medietas autẽ ⁊c̃.
manifeſtat premiſſam diffinitionẽ quantũ ad
hoc quod dixit virtutem in medietate conſiſte/
re. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quoꝝ
ſit medietas. Secundo reſpectu cuius attenda
tur medietas iſta. ibi. Et adhuc ⁊c̃. Tertio con/
cludit quoddam corlarium. ibi. Propter quod
ſubſtantiam ⁊c̃. Dicit ergo primo ꝙ virtus ipſa
eſt quedam medietas interior inter malicias ⁊
inter duos habitus eius. ſcilicet qui eſt ſm ſu/
perabundantiam: ⁊ eius qui eſt ſm defectum: ſi
cut liberalitas que eſt medietas inter ꝓdigalita
tem que vergit in ſuperabundantiã: ⁊ illiberali/
tatem que vergit in auariciam. Deinde cum
dicit. Et adhuc ⁊c̃. oñdit rõnem cuius attendit̃
ſuperabundantia ⁊ defectus ⁊ mediũ: ⁊ dic̃ ad
huc eſſe conſiderandũ qđ quedã malicie ꝑ cõ/
parationẽ ad aliquid deficiunt. alie v̄o ſuperabũ
dantie tam in paſſionibus q̃ in operationibus
adeo. ſ. ꝙ oportet a quo quedam deficiunt. ⁊ q̃/
dam ſuperabundant. ſed virtus inquantum ſer/
uat id quod oportet dicitur medium inuenire

p rōnem ⁊ eligere per voluntatē. ⁊ ſic pꝫ ꝙ vtus ipſa eſt medietas. ⁊ iterū mediū operat̄. medietas quedā eſt inter duos habitus. ſed medium operatur in actionibꝰ ⁊ paſſionibus. Deinde cū dicit. Propter qḋ ſm ſubſtantiā. īfert quoddaꝫ corrolariuꝫ ex dictis. ſ. ꝙ virtus ſm ſuam ſubſtātiam. ⁊ ſm rationem diffinitiuā eſt medietas. ſed inquantum hꝫ rōnem optimi in tali genere: ⁊ bene operantis ſiue diſponentis eſt extremitas. Ad cuius euidentiā cōſiderandū eſt ꝙ ſicut dictum eſt tota bonitas virtutis moralis dependet ex rectitudine rōnis. vnde bonum cōuenit virtuti morali ſm qḋ ſequit̄ rōnem rectam. malum autē conuenit vtriqꝫ vitio. ſ. ſupabundātie ⁊ defectui inquantum recedit a rōne recte. ⁊ iō ſm rōnem bonitatis ⁊ malicie ambo vitia ſunt in vno extremo. ſ. in malo quod attendit̄ ſm receſſum a rōne. virtus autē ē altero extremo. ſ. in bono quod attendit̄ ſm ſequelā rōnis. non tñ ex hoc virtus ⁊ oppoſita vitia cōſequunt̄ ſpēm quaꝫ diffinitio ſignificat: quia rō recta ſe habet ad appetitum rectum: ſicut motiuū ⁊ regula extrinſeca. appetitus autē peruerſus per vitiuꝫ nō intendit a rōne recta deficere: ſed preter intentionē hoc ei accidit. per ſe autē intendit id ī quo ſuperabundat vel deficit. quod autē ē pret̄ intētionem ē per accidens. id autē quod ē extrinſecum: ⁊ per accidens nō conſtituit ſpēm. ſed ſpecies habitus ſumit̄ ſm obiectum in quod per ſe tendit ſm obiecta. medium aūt cōpetit virtuti: extrema aūt vitijs. ⁊ ideo dixit ꝙ ſm rōnem boni. virtus autem in extremo. ſed ſm ſpeciem ſubſtantialē eſt in medio. Deinde cuꝫ dicit. Nō autē ſuſcipit ⁊c̄. excludit quendam errorem. poſſit. n. aliquis credere ꝙ in operationibus ⁊ paſſionibus virtus tenet medium. vitia autē tenent extrema quod hoc contingeret in omnibus operationibus ⁊ paſſionibus. ſed hoc ipſe excludit dicens. ꝙ nō omnis operatio vel paſſio anime ſuſcipit medietatē: que. ſ. ad virtutem pertineret. ⁊ hoc manifeſtat. ibi. Quedam eniꝫ ⁊c̄. Et primo per rōnem: quia quedā actiones ꝗꝫ paſſiones ī ipſo ſuo nomine implicant maliciam ſicut ī paſſionibus gaudium de malo ⁊ verecundia ⁊ inuidia. In operationibus aūt adulterium furtū homicidium. oīa. n. iſta ⁊ ſimilia ſm ſe ſunt mala. ⁊ non ſolum ſupabundantia ipſoꝝ vel defectus vnde ⁊ circa hoc nō cōuenit aliquem recte ſe habere qualitercūqꝫ hoc operet̄. ſed ſemp hoc faciens peccat. ⁊ ad hoc exponenduꝫ ſubdit ꝙ bene vel male nō conuenit ꝙ aliquis faciat aliquod eoꝝ puta adulterium ſicut oꝫ: vel quando oportet: vt ſi fiat hñ. male aūt qñ ſm qḋ non oꝫ ſed ſimpliciter. qualitercūqꝫ aliquod horum fiat eſt peccatum. in ſe. n. quodlibet hoꝝ importat aliquid repugnans ad id quod oportet. Secundo ibi. Simile igitur ⁊c̄. manifeſtat idem per exempla in vitijs. Et dicit ꝙ quia iſta ſm ſe maliciam īportāt. ſimile eſt querere in iſtis medium ⁊ extrema ſi aliquis attribueret medietatem ſuperabundantiā ⁊ defectum circa hoc qḋ ē iniuſta ⁊ timidū vel incōtinentē eſſe qḋ quidē eſſet inconueniens. cū. n. iſta importēt ſuphabundātiā ⁊ defectū ſequeret̄ ꝙ ſupabundātia ⁊ defectus eſſent medietas ꝙ eſt oppoſitio in obiecto ⁊ ꝙ ſupabundantie eſſent ſupabundantia. ⁊ defectus defectionis eſſet defectus ꝗrendus qḋ ī infinitum abiret. Tertio ibi. Queādmodū autē tempantie ⁊c̄. manifeſtat aūt p ſimile in virtutibus. manifeſtū eſt eni ꝙ quia tempantia ⁊ fortitudo de ſe importat medium nō eſt in eis accipere ſupabundantiā ⁊ defectum: q̄ſi aliquid ſuperabundant̄ vl̄ deficiēter tēperatus aut fortiſ. mediū enī nō pōt eſſe extremū: ⁊ ſilr̄ quia illa ḋ ſe important extrema nō pōt eſſe illoꝝ medietas neqꝫ ſupabundantia ⁊ defectus. ſed qualit̄cunqꝫ operatus eſt vnūquodqꝫ eoꝝ vitioſum ē. vltimo autē concludit ꝙ nulliꝰ ſupabundantie vel defectus poteſt eſſe medietas aut ſuperabūdantia aut defectus.

Oportet autē nō ſoluꝫ ⁊c̄. Poſtꝗꝫ phs oñdit quid ē virtus in generali. hic manifeſtat diffinitionē poſitam in ſpeciali per ſingulas virtutes. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit hoc eſſe neceſſariū. Secundo ꝓſequit̄ intentū. ibi. Circa timores quidē igitur ⁊c̄. Dicit primo ergo ꝙ oꝫ nō ſolum dici vl̄r qui eſt virtus. ſed etiā adoptare in ſpeciali ad ſingula. ⁊ rōnem huius aſſignat: quia in ſermonibus qui ſunt circa operatiōes vl̄es ſunt magis inanes ⁊ particulares ſunt magis veri. ⁊ huiuſmodi rōnem aſſignat: eo ꝙ operationes ſunt circa ſingularia. ⁊ ita oportunū ē ꝙ ſermones vl̄es: ꝙ̇ ſunt de operabilibus. Si ḡ dicant̄ ſermones operationuꝫ ſolū in vl̄i erūt inꝗſtū: qꝛ nō cōſequūt̄ finē ſuū qui ē directio pticulariū operationū. tū etiā qꝛ nō pñt vl̄es ſmones in talibus ſumi qui nō deficiāt in aliquo pticulariū ꝓpt̄ varietatē materie: vt. ſ̄. dictū ē. ſed pticulares ſmones ſunt medificatiores: vtpote apparet ad dirigendū operationes. ⁊ ſunt etiā minores: qꝛ accipiūt̄ ſm id in quo vl̄es ſmones v̇ificant̄. ⁊ iō qḋ dictū ē in vl̄i de v̇tute ſumendū ē ex deſcriptione circa ſingulas virtutes. Deinde cū dicit. Circa tiores ꝗdē ⁊c̄. exequit̄ intentū oñdens p ſingula qḋ mediū ē bonū ⁊ laudabile. extremū aūt malū ⁊ vituperabile: Et p̊mo oñdit in v̇tutibus. Scḋo in paſſionibꝰ ibi. Sūt aūt ⁊ in paſſionibus ⁊c̄. Et p̊mo oñdit in v̇tutibus. Circa p̊mū cōſiderandū ꝙ v̇tutes duplr̄ aliqui diſtinxerūt. quidā enī attēdunt diſtinctionē ſm quoſdā generales modos v̇tutū qui quidē ſunt ꝗttuor. Nā radix v̇tutis ꝯſiſtit ī ipſa rectitudīe rōnis ſm q̄ſcūqꝫ actiones ⁊ paſſiones dirigere. alr̄ tñ ſūt dirigibiles actōes ꝗꝫ paſſiones. nā actiones ꝗ̄tū de ſe nō habēt aliquaꝫ reſiſtentiā ad rōnem: ſicut emptio ⁊ venditio: ⁊ alia huiuſmodi. ⁊ iō circa eas nō requirit̄ ꝙ rō quandā eq̇litatē rectitudinis ſtatuat. ſꝫ paſſiōes



importat inclinationē quādā q̄ pōt repugnare rōnem duplicit̄. Uno mō ex eo ꝙ rōnem trahit ad aliud: ſicut pꝫ de oībus paſſionibus que pertinēt ad perſecutionem appetitus: ſicut ꝯcupiſpeſ: ira: ⁊ alia huiuſmodi. Et circa has paſſiōes oꝫ ꝙ rō rectitudinē ſtatuat reprimēdo ⁊ refrenando eas. Alio mō ex eo ꝙ paſſio retrahit ab eo quod eſt ſm rōnem: vt in oībus paſſionibus que important fugā appetitus ſicut timor odiū ⁊ ſimilia. ⁊ in huiuſmodi paſſionibus oꝫ ꝙ rō rectitudinē ſtatuat firmādo animū in eo qḋ ē ſm rōnem. ⁊ ſm hoc quattuor nominamus v̇tutes que a quibuſdā principales dicunt̄. Nā ad prudentiā ptinet ipſa rectitudo rōnis. ad iuſticiam v̇o equalitas in operationibus cōſtituta. ad fortitudinē aūt firmitas animi ad tempantiā nō refrenatā: vel repſſio paſſionū. ſicut ipſa noīa ſonant. ꝗdā igit̄ iſtas v̇tutes generalr̄ acceperunt putantes oēm cognitionē v̇itatis ad prudentiā ptinere. omniū equalitatē actionū ad iuſticiam firmitatem animi. Ad fortitudinē oēm refrenationē vel repreſſionē ad tempantiam. ⁊ ſic locuti ſunt de his virtutibus tullius ⁊ ſeneca: ⁊ alij quidem bene poſuerunt has virtutes eſſe q̄ı generales. ⁊ dixerunt oēs virtutes eſſe eaꝝ ſpecies ſed iſta virtutū diſtinctio nō videt̄ eſſe cōueniens. Primo quidē qꝛ predicta ꝗttuor ſunt talia ſup quibus nulla virtus pōt eſſe. vnde per hꝰ nō pñt ſpēs virtutis diuerſificari. Scḋo ſpēs virtutum ⁊ vitioꝝ nō accipiunt̄ ex pte rōnis. ſꝫ ex pte obiecti: vt. ſ̄. dictum eſt. ⁊ iō cōuenientiꝰ ariſto. virtutes diſtinxit ſm obiecta ſiue ſm materias ⁊ ſic predicte virtutes quattuor nō dicunt̄ p̊ncipales: quia ſunt generales. ſed ſpēs eaꝝ accipiunt̄ ſm quedā p̊ncipalia: ſicut prudentia: q̄ circa oēm cognitionē v̇ſat̄: ſed ſpecialit̄ circa actū rōnis que eſt p̄cipere. Juſticia aūt eſt nō circa oēm equalitatem actionū: ſed ſoluꝫ in timoribꝰ piculoꝝ mortis: ſed ſolum in cōcupiſcentijs delectationibꝰ tactus. Alie v̇o virtutes ſunt in actionibus que ſunt ad vltimum in quibus melius eſt equalitatem conſtituere: ⁊ ſimiliter fortitudo eſt nō circa quālibet firmitatē: ſed ſoluꝫ ī iterioribus piculoꝝ mortis: ſed ſolum in cōcupiſcētijs delectationibꝰ tactus. Alie v̇o v̇tutes ſūt ſm quedā ſecūdaria. ⁊ ideo pñt reduci ad predictas vt ſicut ſpēs ad genera: ſed ſecūdarie ad p̊ncipales. His igit̄ p̄ſuppoſitis ſciendū eſt ꝙ de iuſticia ⁊ prudentia hic phs nō agit. ſed ī. in q̇nto ⁊ ſexto. agit̄ aūt de tempantia ⁊ fortitudine: et quibuſdā alijs ſecundarijs v̇tutibus. que omēs ſunt circa aliquas paſſiones: ſed oēs paſſiones anime reſpiciūt aliquod obiectū: qḋ quidē pertinet: vel ad ipſam hoīs corporalē vitam vel exteriora. vel ad humanos actus. Primo ḡ facit mētionem de virtutibus que ſunt circa paſſiones quaꝝ obiecta ptinēt ad exteriora bona. ibi. Circa dationē aūt pecuniaꝝ ⁊c̄. Tertio de illis que reſpiciunt exteriores actus. ibi. Sunt aūt ⁊ ille Circa primū duo facit. Primo loquit̄ de fortitudine que reſpicit incremētia vite. Secūdo de tempantia que reſpicit ea que ſunt vtilia ad cōſeruandā vitam. ſ. cibos quibus conſeruat̄ vita ī mundo duo: ⁊ venerea quibus ꝯſeruat̄ in ſpē ibi. Circa delectationes autē ⁊c̄. Dicit ḡ primo ꝙ fortitudo que eſt medietas circa timores et audacias: inquantum. ſ. reſpiciunt picula mortiſ ſed eoꝝ qui ſuperabundanter in hꝰ ꝙ eſt eſſe intimidū qui etiā deficit in timido eſt ⁊ noīatus: quia raro hoc accidit: ⁊ multa ſilr̄ ſunt innoīata. ꝓpter hoc ꝙ eſſent hoīes ea nō auertunt cōmunit̄: vt ſic ipſis noīa īponerent. ille v̇o ꝗ ſupabundat in audendo vocat audax: ⁊ differt ab ī timido. nam ille dr̄ ſm defectum timoris audax aut ſm exceſſum audacie. ille v̇o qui ſuperabundat in timēdo: ⁊ deficit in audendo vocatur timidus. Deinde cum dicit. Circa delectatiōeſ aūt ⁊c̄. Inducit de tempantia: ⁊ dicit ꝙ temperantia eſt medietas non circa omnes delectationes ⁊ triſticias: ſed circa eas que ſunt tactas ptinentes ad cibos ⁊ venerea. Minus ē autem circa triſticias ꝗꝫ circa delectationes. Nā huiꝰmodi triſticie cauſant̄ ex ſola abſentia delectationum. ſupabundantia autē in talibus vocat̄ intempantia. ſed defectus multum ſit ꝓpter hꝰ ꝙ oēs naturalr̄ appetunt delectationē. ⁊ ineſt ꝙ iſte defectus eſt innoīatus: ſed ipſe īponit nomen ⁊ inuocat tales īſenſibiles. eo ꝙ huiuſmōi delectationes ſenſu percipiunt̄. ⁊ iō ille qui refugit has delectationes per rōnem rectam conuenient̄ vocat̄ inſenſibilis. Deinde cum dicit Circa dationes aūt ⁊c̄. Introducit ḋ virtutibꝰ que reſpiciunt exteriora. Et p̊mo de his q̄ ſunt circa cōcupīas exterioꝝ bonoꝝ. Scḋo de v̇tute que reſpicit exteriora mala. ibi. Eſt aūt ⁊ circa iram ⁊c̄. Exteriora aūt bona ſunt diuitie ⁊ honores. Primo igit̄ introducit de virtutibus: q̄ reſpiciunt diuitias. Scḋo de his q̄ reſpiciūt honoreſ. ibi. Circa aūt ⁊c̄. Circa p̊mū duo fac̄. Primo introducit de liberalitate q̄ eſt circa mediocres diuitias. Scḋo de magnif. cētia q̄ eſt circa magnas. ibi. Circa pecunias autem ⁊c̄. Dicit ḡ p̊mo ꝙ liberalitas medietas circa dationē ⁊ acceptionē pecuniaꝝ. ſꝫ ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas ſe habent ſm ſupabundantiam ⁊ defectum ꝯ̄rio modo. nam ꝓdigus ſupabundat in datiōe ⁊ deficit in acceptione. illiberalis autē ecōtrario ſuperabundat in acceptione ⁊ deficit in datiōe hec autem hic dicunt̄ typo. i. exemplariter. ⁊ in capitulo. i. ſummarie. ſed poſtea ⁊ de his ⁊ de alijs determinabit̄ certius. Deinde cuꝫ dicit Circa pecunias autē ⁊c̄. Introducit de magnificentia ⁊ dicit ꝙ p̄ter predictas diſpoſitiones vel liberalitatē ⁊ oppoſita vitia. ſunt etiam quedam alie circa pecunias circa quas ī magnificētia eſt medietas quedam. ſed differt magnificꝰ a liberali. in hoc ꝙ magnificus eſt circa magna ſed liberalis eſt circa pua: ſed abūdantia reſpcū

magnificentie vocaꝛ apyrocolia: ab a quod eſt ſine ⁊ pyros quod eſt experientia: qꝛ. ſ. multas expendentes nō curant qualr̄ bene expēdant: vocaꝛ etiā hec ſupabundātia bānauſia. a bannos quod eſt fornax: qꝛ. ſ. ad modū fornacis oīa cōſumunt. ſed defectus vocaꝛ pinſicerna. ⁊ he etiā extremitates differunt ab his que contrariaꝛ liberalitati: quō aūt differant diceꝛ poſterius in quarto.

Circa honorem ⁊c̄. poſitis vꝛtutibuſ que reſpiciunt diuitias. hic ponit vꝛtutes q̄ reſpiciunt honores. Et p̄mo ponit virtutē que reſpicit magnos honores. Scdo virtutem que reſpicit mediocres. ibi. Sicut autē dicimus ⁊c̄. Dicit ḡ primo ꝙ magnanimitas ē medietas circa honorē ⁊ inhonorationē. ſuperabūdantia autē in ꝓſequēdo ea que ꝑtinent ad honorem eſt quedā diſpoſitio que dr̄ ex eo ꝙ ardet que ꝑtinent ad appetituꝫ honoris. nā caminā incendiū dr̄: ſed capnos in greco idem ē qō fumus. pōt etiam ſi ſic ſcribaꝛ capnotes dici: q̄i fumoſitas. cōſueuimus enim eos qui nimis anelant ad aſcendendū aliqua alta vel magna vocare ventoſos vel fumoſos. ſed de facto oppoſita magnanimitati vocaꝛ puſillanimitas. Deide cum dicit. Sicut aūt dicimus ⁊c̄. ponit aliā virtutē que eſt circa mediocres honores. ⁊ dicit ꝙ ſicut dictum eſt ꝙ liberalitas differt a magnificentia in eo ꝙ liberalitas ē circa ꝑua. cum magnificentia ſit circa magna. ita etiā ad magnanimitatē que eſt circa magnū honorē ſe habet quedā virtus que eſt circa honorē que per ⁊ ꝙ circa hoc oporteat eſſe aliquā virtutē ī medio exiſtētē manifeſtat per hoc ꝙ ſubdit qō cōuenit etiā mediocrē honorem appetere: ſicut oꝫ ꝙ pertinet ad medium vꝛtutis ⁊ magis q̄ oꝫ ꝑtinet ad ſupabundantiam ⁊ minus q̄ oꝫ quod ꝑtinet ad defectum. ille aūt qui ſuperabundat ī deſiderio honoris vocaꝛ phiſotimus. i. amator honoris. vocaꝛ philotimus. i. ſine amore honoris. ille autem qui medio modo ſe habet eſt innominatus. ⁊ ſimiliter diſpōnes. i. habitus vitioꝝ: ⁊ virtutis medie ſunt innominate. poſſumus tamen fingere vocantes diſpōnem qua qſ eſt phiſotimus. phiſotimia. ⁊ diſpoſitio qua quiſ dr̄ aphilotimus philotimia: ſed qꝛ medium nō eſt nominatum ideo illi qui ſunt in extremo cōtendunt d̄ media. regione diīs vterqꝫ ſe dicit eē in medio exiſtentem. manifeſtat ⁊ loquiꝛ ad ſimilitudinem duaꝝ ciuitatum inter quas ſolet eſſe contentio de medijs finibus que nō eſt certus limes prefixus dum vterqꝫ dixit territoriuꝫ medium ad ſe pertinere. ſꝫ quia hoc fere cōe eſt in omnibus vitijs quod vterqꝫ extremoꝝ reputat ſe eſſe in medio ⁊ virtuoſum in altero extremo. ſicut timidus reputat fortē audacem: quia audax reputat timidū. cōſequenter ponit quod eſt proprium in hac materia: quia nō ſolum vitiorū ꝓpter hoc ꝙ medium vꝛtutis eſt īnominatū vtiꝛ nomine vitij: quia noīe virtutis. ⁊ hoc eſt ꝙ ſubdit ꝙ ēt nos totaliter loquentes quādoqꝫ illum qui eſt in medio vocamus philotiuꝫ. ⁊ qn̄qꝫ vocamus illum aphilotium. qn̄qꝫ enim laudamus hominē ex eo ꝙ eſt philotimus. conſueuimus. n. dicere aliquem laudantes ꝙ eſt hō curans de honore ſuo: ⁊ ſic virtuoſum ipm vocamus philotimū: ſic cū in laude alicuius dicimuſ ꝙ nō curat de honoribus hominū: ſed de veritate. ⁊ ſic aphilotimū vocamus virtuoſum: q̄re autē hoc accidit diceꝛ in ſequētibꝰ. ſ. in quarto ſed nunc oꝫ nos ꝓſequi de reliquis medietatibus ſm̄ predictum modū. ſ. extremoꝝ. Deide cum dicit. Eſt autē circa irā ⁊c̄. ponit virtutem que reſpicit exteriora mala ex q̄bus hō ꝓuocaꝛ ad iraꝫ. ⁊ dicit ꝙ circa irā eſt ſupabundātia. defectꝰ eſt mediū. ⁊ q̄uis oīa iſta ſunt vt plurimū innoīata. medium tm̄ conſueuimus noīare manſuetum. ⁊ medietatē manſuetudinis. illum autē qui ſupabundat in hoc vocamus iracundum. ⁊ diſpōnem eius iracundiā: illum autē qui deficit vocamus iniraſcibilis ⁊ defectū inirafcentē.

Deinde cū dicit. Sūt aūt ⁊ alij. 3. ⁊c̄. ponit vꝛtutes que reſpiciūt hūanos actus. Et p̄mo oſtēdit eaꝝ diſtinctionē. Scdo exemplificat d̄ ipſis ibi. Circa veꝝ quidē igiꝛ ⁊c̄. dicit ḡ p̄mo ꝙ ſunt tres medietates que q̄tum ad aliquid differūt cōueniunt quidē q̄tum ad hoc ꝙ oēs ſūt circa verba ⁊ oꝑa quibꝰ hoīes ad inuicē cōicant. differunt aūt q̄tum ad hoc ꝙ vna eaꝝ eſt circa veritatē talium verboꝝ ⁊ factoꝝ. alie autem circa delectationē ipſoꝝ: ita tn̄ ꝙ vna eaꝝ reſpicit delectationem eaꝝ que dicunꝛ vel fiunt ludo. alia vō in his que pertinent ad cōmunem vitam. ſ. inferioris. de his dicendum eſt vt magis appareat ꝙ in omnibus medietas eſt laudabilis. extrema autem nō ſunt laudabilia ſed vituperabilia. plura autem hoꝝ ſunt innominata: ſed ſicut in alijs fecimus tētabimus ponere nomina: vt fiat manifeſtum quod diciꝛ: ⁊ propter bonum quod inde conſequiꝛ: quia finis huius ſcientie non eſt manifeſtatio veritatis ſed bonū. Deide cum dicit. Circa veꝝ quidem igitur ⁊c̄. exemplificat de p̄miſſis virtutibꝰ ⁊ primo de ea que eſt circa veꝝ. ⁊ dicit ꝙ circa verum medius eſt ille qui dicitur numerus: ⁊ medietas dicitur veritatis. ſed dicitur tali que eſt plus. quando ſcilꝫ aliquis fingit maiora de ſe q̄ ſūt vocatur iactātia. ⁊ talis fictor vocatur iactator. ſed futura q̄ eſt ad tempus. ſ. quando aliquis fingit de ſe q̄dam vilia vocatur yronia. i. viſio. ⁊ talis fictio vocatur ypon. Secundo ibi. Circa delectabile autem ⁊c̄. exemplificat de virtute que eſt circa ludos. ⁊ dicit ꝙ circa delectationem que eſt in ludis. ille qui medium tenet vocatur eucrepalus qui bene ſe vtens ad omnia. ⁊ diſpoſitio vocaꝛ eucrepalia. ille autem qui ſupabundat vocatur bonolchus a bōnos qō ē altare: ⁊ lochos qō ē raptos. ⁊ dr̄ ad ſimilitudinē milui qui ſemper volabat circa aras ydoloꝝ. in quibꝰ aliter inuiolabant vt aliquid rape rēt. ⁊ ſimiliter ille q̄ excedit in ludo ſemper inſiſtat ad hoc qō rapiat verbū vel factū alicuius vt in ludū cōuertat. diſpoſitio aūt vocaꝛ bonolochia. i. ille aūt qui defecit vocaꝛ a grecos. i. agreſtis. ⁊ diſpō vocaꝛ agroyleia. Tertio ibi. Circa reliquum autē ⁊c̄. exemplificat doctrinā dictarū virtutū. ⁊ dicit circa reliquū delectabile ē minuta quātū ad ea q̄ ſe voce aguntꝛ medius vocatur amatꝰ n̄ ab effectu amādi ſꝫ a detēti ꝯuerſiōe quē nō poſſumꝰ affabileꝫ dicere. ⁊ ipſa medietas vocaꝛ amicitia vel aſtabilitas. iſte aūt q̄ ſuperhabūdat in hoc ſi nō faciat hoc propter aliquā ꝓpriā vtilitatē puta ꝓpter lucrū vocatur blāditor vel adulator. q̄ autē in hoc deficit ⁊ nō vereꝛ cōtriſtare eos cum quibꝰ viuit vocaꝛ litigioſum ⁊ diſcolus. Deinde cū dicit. Sunt autē ⁊ in paſſionibꝰ ⁊c̄. ponit exemplū de q̄bꝰ paſſionibꝰ ⁊ laudabilibꝰ. ⁊ primo de verecūdia. ⁊ dicit etiā ꝙ in paſſionibꝰ adiunguꝛ. ſunt q̄dā medietates. vecūdia non eſt vꝛtus vt in. iiij. oſtēdeꝛ. ſed tn̄ verecūdꝰ laudatur eo qō in talibꝰ eſt mediū accipere. ille aūt qui ſuperhabūdat vt de oībꝰ verecūdeꝛ vocatur rataplex. i. ſtupidus. ille aūt qui deficit vel verecūdatur vocatur inuerecūdus. Tertio ibi Veniesis autē ⁊c̄. agitur de alia paſſione que vocaꝛ veniesis. i. reprehēſio q̄ ē medietas inuidie ⁊ epytarchia tharcꝰ. n. dr̄ gaudēſ chachoſ malū ephi. ſuꝑ ac ſi dicaꝛ gaudiū de malo. ſūt aūt hee diſpoſitōes circa delectatōem ⁊ triſtitiā. de hijs q̄ eueniūt proximis. nemeſiticꝰ. n. i. rep̄hēſor triſtaꝛ ſi aliq̄ mali proſꝑanꝛ in ſua malicia. inuidus aūt ſuperhabūdat vt triſteꝛ de oībꝰ que ꝓſperāꝛ ſiue bonis ſiue malis. ſꝫ ille q̄ dr̄ ephita choarcoſa tm̄ deficit a triſtando vt etiaꝫ gaudeat de malis q̄ in ſua malicia ꝓſperanꝛ. ſed de hijs alibi dr̄. ſ. ī. v. eth. vltio aūt qꝛ iuſticia habet diuerſas ſpes in quibus n̄ ſimiliꝛ accipiꝛ mediū de iuſticia poſt diceꝛ in hoc ⁊ qualiter ꝑtes eius ſint in medio. ⁊ ſimiliter poſtea dicetur in. vj. de virtutibus rōībus ⁊ intellectualibus.

Ribꝰ autē diſpoſitōibꝰ exiſtētibꝰ ⁊c̄. Poſtq̄ phꝰs in cōi oñdit q̄d ē virtꝰ ⁊ diffinitōem applicauit ad ſpāles vꝛtutes. hic determinat de oppoſitōe virtutum ⁊ vitioꝝ. Et circa hoc tria facit. Primo oñdit in hijs eē duplicē cōtrarietatē. unā quidē vicioꝝ ad inuicē. aliā aūt vicioꝝ ad virtutē. Secundo oſtēdit ꝙ maior cōtrarietas viciorum ad inuicē. ibi ſit autē oppoſitis ad inuicē ⁊c̄. Tertio oſtēdit q̄ñ vnū vicioꝝ magis opponitur vꝛtuti q̄ reliquū. ibi. Ad mediū autem ⁊c̄. Circa primū tria facit. Primo ꝓponit quod intēdit. Secūdo ꝓbat ꝓpoſitū. ibi. Queādmodum. n. equale ⁊c̄. infert quoddā correlarium ex dictis ibi. Propter quod ⁊ ꝓijciūt. ⁊ cum dicit primo quod cum ſint tres diſpoſitōes quarū due ſunt vicioſe. vna. ſ. per habūdātiaꝫ alia vero ſm̄ defectū. vna vero ē ſm̄ virtutem q̄ ē in medio. quelibet harū aliqualiter opponiꝛ cuilibet qꝛ extreme diſpoſitōes ⁊ ad inuicē ſunt cōtrarie ⁊ etiā eis cōtrariaꝛ media diſpoſitio. Deinde cū dicit. Queādmoduꝫ n. equale ⁊c̄. ꝓbat quod dixerat. nō fuit autē ītētū ꝓbare quod duo vicia que ſe hn̄t ſuper habūdantiā ⁊ defectū ſint cōtraria eo quod ſint maxie diſtantia. qꝛ hoc videbaꝛ eē dubium quod dictū ē virtutē cōtraria vicijs. quia cū virtꝰ ſit ī medio vicioꝝ nō diſtat maxime ab vtroqꝫ eoꝝ. cū tn̄ ꝓprietas ſit maxime diſtantia vt dr̄ in. x. metaphiſice ⁊ iō hoc ſpāliꝛ hic phꝰs oſtēdit quod virtꝰ cōtrarieꝛ vtriqꝫ vicioꝝ circa quod cōſiderādū ē ꝙ cū mediuꝫ participet aliqualiter vtrūqꝫ extremū inquantum participat vnum eorum contrariaꝛ alteri. ſicut equale quod ē mediū inter magnuꝫ ⁊ paruū. eſt quidē in cōparatōe ad magnū paruum ⁊ in comparatiōe ad paruū eſt magnuꝫ. ⁊ iō equale. ⁊ magno opponiꝛ ſm̄ rōem ꝑui ⁊ paruo ſm̄ rōem magni. ⁊ ꝓpter hoc ē motus a cōtrario in mediū. ſicut ⁊ in cōtrariū vt dr̄ in. ij. phiſicoꝝ. ſic igiꝛ medij habitꝰ cōſtitutus taꝫ in paſſionibꝰ q̄ in oꝑatōibꝰ ſe habēt vt deficiētes ad eū qui ſuꝑhabūdat ſicut fortis in cōparatōe ad timidū ē audax. in cōparatōe autē ad audacem ē timidus. ⁊ ſilr̄ tꝑatꝰ in cōꝑatōe ad nō ſenſibilē ē intꝑatꝰ. in cōꝑatione āt ad tꝑatū eſt inſenſibiꝛ. ita etiā de liberali qui eſt prodigus in cōparatione ad illiberalē. illiberalis autē in cōparatōe ad prodigū ⁊ ſic pꝫ ꝙ virtꝰ cōtrariaꝛ virtuti extremorum

Deinde cū dicit. Propter quod ⁊ ꝓijciunt ⁊c̄. infert quoddā correlariū ex dictis. qꝛ enī habitꝰ mediꝰ ſe habet in cōparatōe ad vnum extremū ſm̄ rōem. alterū inde ē qō extremi ꝓijciūt mediū alterū ad alterū. i. vterqꝫ in extremitate exn̄s eſtiat mediū. q. alteꝝ extremuꝫ ſit ſibi oppoſitū. ſicut timidꝰ fortē vocat audaceꝫ ⁊ audax vocat eū timidū qō etiā ſignū ē eius qō dictū ē. ſ. qō vtꝰ cōtrarieꝛ vtriqꝫ extremorū Deinde cū dicit. Sic autē oppoſitis ⁊c̄. oſtēdit qō maior ē oppō vicioꝝ ad inuicē q̄ ad vꝛtutē. ⁊ hoc duabꝰ rōibꝰ. q̄rū p̄ma ē quod q̄nto magis aliq̄ a ſe magis diſtāt. tāto magiſ ſunt cōtraria. qꝛ cōtrarietas ē quedā diſtantia. magis aūt diſtāt extrema ad īuicē q̄ a medio. ſic magnū ⁊ ꝑuū magis diſtāt ab īuicē q̄ ab equali qō ē mediū inter ea. ergo vicia magis opponūꝛ ad inuicē q̄ ad vꝛtutē. ē aūt hoc cōſiderādū qō loq̄ꝛ hic de oppōne vꝛtutis ad vicia nō ſm̄ rōem boni ⁊ mali qꝛ ſm̄ hoc ambo vicia cōtinentur extremo. ſed loquiꝛ ꝓut virtꝰ ſm̄ ꝓpriā ſpeciē ē in medio. ſcdo vicioꝝ

Secūdā rōem ponit. ibi. Adhuc ad mediū

quidā ꝛc̄. q̄ talis ē ṽtutis ad vnū extremoꝝ ē aliqua ſimilitudo. ſicut inter fortitudinē ꝛ audaciā. ꝛ inter ꝓdigalitatē ꝛ liberalitatē. ſ; iter duo vicia extrema ē oimoda diſſimilitudo ergo maxime cōtrariāť ad inuicē. q꞉ contrarietas iportat maximā diſtātiā vt dictū ē. Deinde cū dicit. Ad mediū autem ꝛc̄. oſtēdit ꝙ virtuti extremoꝝ magis cōtrariať q̄ȝ aliud. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit qḋ intendit. Secūdo rōem aſſignat. ibi. Propter duas aūt ꝛc̄. Dicit ergo primo ꝙ i q̄buſdam magis cōtrariať medio virtutis viciū qḋ ē i exceſſu ſicut fortitudini nō maxīe cōtrariať audacia que maxime pertinet ad ſupͣbabūdāciā. ſed timiditas q̄ pertinet ad defectū cōtrario autē ṫpantie ñ maxime ꝯtrariať ſenſibilitas ad q̄ȝ ꝑtinet indigētia ꝛ defectus. ſed ītpantia ad quā pertinet ſupͣbabūdātia. Deinde cū diē Propter duas cauſas ꝛc̄. aſſignat duas rōes ei⁹ qḋ dixerat. quarū vna ſumiť ex ꝑte ipſius rei. i. ex ipſa natura ṽtutū ꝛ vitioꝝ. Dictū ē. n. ꝛc̄. quod eſt q̄dā ſimilitudo alterū extremi ad mediū ṽtutis. ꝛ ex hoc ipſo qḋ vnū extremoꝝ ē ꝓpinqui⁹ ꝛ ſimili⁹ mō ṽtutis q̄ȝ aliud. ſeq̄ť quod nō ipſū qḋ ē ſimili⁹ vt magis ꝯtrarium ṽtuti: ſed illud qḋ ei opponiť. ſicut ſi audacia ē ſimilior fortitudini ꝛ ꝓximior. ſequiť ꝙ timiditas ſit diſſimilior. ꝛ ꝑ ꝯn̄s magis ꝯtraria q꞉ illa q̄ magis ſūt diſtantia a medio induxit ei eē magis cōtraria. hoꝝ aūt rōem oꝫ accipere ab ipſa natura paſſionū. cōuenit. n. hoc qḋ hic diciť i virtutib⁹ moralib⁹ q̄ ſunt circa paſſiones ad quas ꝑtinet cōſeruare bonū rōnis ꝯtra motū paſſionū. paſſio aūt dupliciter corrūpere pōt bonū rōis. vno mō vehemētia ſui impellēdo ad plus faciēdū q̄ȝ rō dictat q̄dam ꝑcipue in cōcupiſcentijs delectationū ꝛ alijs paſſionib⁹ q̄ ꝑtinēt ad ꝓſecutōem appetitus vnde virtus q̄ ē circa hi⁹ paſſiones maxime ītendit paſſiones tales reprimere. ꝛ ꝓpter hoc vitiū ꝙ eſt in defectu magis ei aſſimulať. ꝛ quod ē ibi. Supͣbabūdātia magis ei cōtrariatur. ſicut pꝫ de ṫpantia. quedā vero paſſiones corrūpūt bonū rē trahēdo ī min⁹ ab eo qḋ ē ſm̄ rōem ſicut pꝫ de timore ꝛ alijs paſſionib⁹ ad fugā ꝑtinētib⁹. vnde virt⁹ q̄ ē circa hi⁹ paſſiones maxime intēdit firmare aliquē i bono rōis cōtra defectū. ꝛ ꝓpter hoc viciū qḋ eſt i defectu magis ei ſicut aūt aliā rōem aſſignat ex parte nr̄a. cū. n. ad virtutē ꝑtineat repellere intentōem virtutis ē ad illa vicia poci⁹ repellenda ad que maiorē etiā ꝯcluſionē habem⁹ ꝛ iō illa vicia ad que ſumus qualitercūq; magis nati ipſa ſunt magis cōtraria virtuti ſicut magis nati ad ꝓſequēdū delectatōes quā ad fugiendū eas ꝓpter hoc facilime moueť ad intꝑantiā q̄ importat exceſſum delectationū. ſi igiť illa vicia magis dicim⁹ eē ꝯ̄ria virtuti q̄ magis nata ſunt creſcere i nobis ꝓpter hoc quod naturaliter i natura ad ipſa. ꝛ iō itēperātia ad quā pertinet ſupͣbabūdātia delectationis magis ē cōtraria ṫpantie q̄ȝ inſenſibilitas vt dictū eſt.

Uoniā quidā igiť ꝛc̄. Poſtq̄ȝ phūs determinauit de ṽtute q̄d ſit. hic oñdit q̄uo aliq̄s poſſet ṽtutē acquirere q꞉ ſicut ſupra dictū ē finis hui⁹ doctrine nō ē cognitio ṽitatis. ſed vt boni efficiamur. Circa hoc aūt duo facit. Primo oſtēdit qḋ difficile ē bonū virtuoſū. Secūdo oſtendit qualiť ad hoc poſſet ꝑueniri. ibi. Propter qḋ oꝫ coniectantē ꝛc̄. Circa primum duo facit. Primo oñdit reſumit ea q̄ dicta ſūt. ꝛ dicit qḋ ſufficienter ſupra dictū ē ꝙ ṽtus moralis ſit medietas. ꝛ qualiter ſit medietas. q꞉. ſ. nō ſm̄ rem ſ; quo ad nos. ꝛ quorū ſit medietas. q꞉. ſ. eſt medietas duarū maliciaꝝ. quarū vna ſe hꝫ ſm̄ ſuperhabūdātia. alia v̄o ſm̄ defectū. dictū ē etiā quare ṽtus. q꞉. ſ. ē cōiectatrix mediū inquirendo. ſ. ꝛ eligēdo mediū cū in tā paſſionib⁹ q̄ȝ in actōib⁹. Secūdo ibi. Ideo ꝛ difficile ē ꝛc̄. cōcludit poſtēſis qḋ difficile ē eſſe ſtudioſum. i. ṽtuoſum q꞉ in oib⁹ hoc videm⁹ qḋ accipere mediū difficile ē. declinare autē i medio ē facile ſicut accipere mediū incirculo nō ē cuiuſlibet ſed ſciētis. i. geometrie. declinare autē a centro q̄libet pōt ꝛ difficile. ꝛ ſimiliter dare pecuniā. ꝛ cōſumere eā. ſed quod aliq̄s aliquid det cui oꝫ dare ꝛ qm̄ oꝫ ꝛ qn̄ oꝫ ꝛ cui⁹ gratia oportet ꝛ qualiter oꝫ ꝑ qḋ intelligitur bn̄ dare ē cuiuſlibet. nec ē facile. ſ; ꝓpter ſuā difficultatē eſt ratū ꝛ eſt difficile laudabile ꝛ ṽtuoſum inquātū ē ſm̄ rōem. Deīde cum dicit. Propter qḋ oꝫ ꝛc̄. oſtēdit modos q̄bus aliq̄s pōt ꝑtingere ad hoc ꝙ fiat ṽtuoſus. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit qualiter aliquis poſſit ad mediū inuētū ꝑuenire. Secūdo agit de ipſa intētōe medij. ibi. Difficile aūt forſitan ꝛc̄. Circa primū ponit tria documēta quorū vnū poniť qḋ ſumiť ex ipſa natura rei ꝛ dicit quia virtuoſum accipere medi ē difficile ꝓpter h̄ oꝫ eū qui cōiectat mediū qui intēdit ad mediū ꝑuenire pricipaliter ad hoc intēdere vt recedat ab extremo ꝙ magis cōtrariatur ṽtuti ſicut ſi aliquis vult ꝑuenire ad mediū fortitudinis oꝫ pricipale ſtudiū adhibere quod recedat a timiditate que magis opponiť fortitudini q̄ȝ audacie vt dictū ē. ꝛ ponit exemplū cuiuſdā naute vľ poete q̄ amonebat nauigātes vt principaliť caueāt maxima maris que ſunt vnde ſubuertentes nauē ꝛ fumoſitas nebularum impediētes aſpectū nautarū ꝛ hoc eſt. extra fmmū ꝛ vndam cuſtodi nauē q. d. ita nauē cuſtodias vt ſic predictas fumoſitates ꝛ vndas rōeꝫ predicti documēti aſſigṫ dicēs qḋ vnū extremoꝝ vicioꝝ illō. ſ. qḋ ē magiſ ꝯ̄riū ṽtuti ē peccatū. illud āt extremū qḋ ē min⁹ ꝯ̄riū ṽtuti ē min⁹ peccatū. ꝛ iō q꞉ valde difficile ē cōtigere mediū ṽtutis iō oꝫ hō iuri



vt faltē magis ꝑicula vītēt. q̄. ſ. ſunt ṽtuti magis ꝯ̄ria. ſicut nauigātes dicūt qḋ poſt primā nauigatōem in qua hō vel periculi ſuſtinet. ſecūda nauigatio ē vt hō ſumat minima periculoꝝ. ꝛ ſiſe accidit circa vitā humanā eo mō quo dictū ē vt. ſ. hō principaliter vitet vicia q̄ maxime ꝯtrariāť ṽtuti. Secūdū documentū ponit. ibi. Intēdere aūt oꝫ ꝛc̄. ꝛ ſumitur ex ꝑte nr̄a quātū. ſ. ad ea q̄ ſūt ꝓpria vnicuiq;. ꝛ diē qḋ oꝫ eū q̄ vult fieri ṽtuoſus attēdere q̄d ſit illud ad qḋ magis appetit⁹ ei⁹ nat⁹ ē moueri. diuerſi. n. diuerſa naturaliť magis iclinanť cognoſcere pōt ex dilectōe ꝛ triſticia q̄ circa ipm̄ fit. q꞉. n. vnicuiq; ē delectabile id qḋ eſt ſibi ꝯueniēs ſm̄ naturā. vn̄ ſi aliq̄s i aliq̄ actione vel paſſione multū delecteť. ſignū eſt qḋ naturaliter iclineť i illud. hoies aūt vehemēť tēdūt ad ea. ad q̄ naturaliter tēdāt inclināť. ꝛ iō defacili circa hoc hō trāſcēdit mediū. ꝛ ꝓpter hoc oꝫ qḋ i cōtrariū nos attēdam⁹ q̄ȝtū poſſum⁹. q꞉ qn̄ dam⁹ ſtudiū ad hoc qḋ mltū recedam⁹ a peccato ad qḋ ꝓni ſum⁹ ſic tēdeř vt ꝑueniem⁹ ad mediū. ꝛ ponit ſimilitudinē de illis q̄ dirigūt ligna diſtorta. q̄ dū volūt ea dirigere torquēt i aliā ꝑtē. ꝛ ſic tendere reduciť ad mediū. ꝛ ē hoc cōſiderādū qḋ hec via acq̄rēdi ṽtutē. ſ. ē efficaciſſima vt. ſ. hō vtať ad ꝯ̄riū ei⁹ ad qḋ inclinať. ꝛ ex natura vľ cōſuetudine. via tn̄ quā ſtoyci poſueřt ē facilior vt ſ. hō paulatī recedet ab hijs in que inclinatur ṽt tulli⁹ narrat i libro de tuſculanis q̄oibus. via etiā q̄ȝ hic ariſtotiles ponit cōpetit hijs q̄ vehemēter deſiderant recedere a vicijs. ꝛ ad ṽtutē ꝑuenire. ſed via ſtoycoꝝ magis cōpetit hijs q̄ hn̄t debilē ꝛ trepidā volūtatē. Tertium modū ponit. ibi. In oia aūt maxima ꝛc̄. ꝛ hoc etiā documētū ſumiť ex ꝑte materie. non q̄dē ſm̄ id ꝙ ē cōe oib⁹. oēs. n. naturaliter inclināť ad delectatōes ꝛ iō dicit qḋ vľr maxime debēt tēdētes i ṽtutem cauere ſibi a delectatōib⁹. ꝓpť hoc. n. ꝙ maxime iclināť i delectatōem delectabilia apprehēſa de facili mouēt appetitū. ꝛ iō dicit quod nō poſſum⁹ de facili diiudicare ḋlectātē ī morādo. ſ. circa ꝯſideratōem q̄n appetit⁹ accipiat ipſa ꝓſiliādo ſ. i cōcupia ei⁹. ꝛ iō ꝙ ſeniores plebis romane petebāt ad helenā. iudicātes eā eē. ſ. abijciēdā hoc oꝫ nos pati ad delectatōem. ꝛ i oibus reſpectu delectatōis ducere vocē illoꝝ vt. ſ. abijciam⁹ a nobis corporales delectationes. ꝛ ſic abijciētes delectatōem min⁹ peccauim⁹. quia cōcupia delectationū ducit hoies in plurima peccata. cōcludit ergo quod faciētes ea que i capitulo. ſ. ſumarie dicta ſunt maxime potuerūt adipiſci mediū ṽtutis. Deinde cū dicit. Difficile autē forſitan ꝛc̄. Oſtendit qualiť ſit determinandū medium virtutis. Et circa hec tria facit. Primo oſtēdit ei⁹ difficultatē. Secundo oſtēdit quid ſufficiat ad mediū determinādum

orē. ibi. Sed qui quidē paruū ꝛc̄. Tertio rn̄dꝫ tacite q̄ōni. ibi. Hoc aūt vſq;quo ꝛc̄. Dicit ergo primo. quod hoc. ſ. inuenire mediū eſt difficile maxime cōſiderando ſingulas circūſtātias in ſingularib⁹ operabiliū. q꞉ nō eſt facile determinandū ſic aliqualiter ſit faciendū. ꝛ reſpectu quoꝝ ꝛ in qualibet rebus. ꝛ quantū temp⁹ ſit determinādū. ꝛ hi⁹ diffinitis ſignū oſtendit quia illos qui deficiūt puta i iraſcendo q̄nq; laudam⁹. ꝛ dicimus māſuetos ꝛ qn̄ laudamus illos qui magis aggrauāt puniēdo vel reſiſtendo vocamus illos viriles. Deinde cum dicit. Sed quiquidē ꝛc̄. quid ſi ſufficiat ad mediū virtutis ꝛ dicit ꝙ ille qui parum tranſgreditur ab eo quod bene ſit ſm̄ ṽtutis nō vituperatur neq; ſi declinet ad mai⁹ neq; ad minus. q꞉ modicus receſſus a medio ṽtutis latet propter difficultatē. ſed ille qui multum recedit vituperatur quia nō latet. Deinde cum dicit. Hic aūt v̄ſq;quo ꝛc̄. R̷. cuidā tacite q̄ōni. poſſet. n. aliquis querere quātus receſſus a medio vitupereť ꝛ quātus nō. ſed ipſe rn̄dēs dicit ꝙ nō poteſt defacili determinari aliquo ſermone vſq; ad quantum tantū. ꝛ quātū aliquis recedēs a medio vituperetur. ſicut nec aliquid aliud ſenſibilium que magis ſenſu decernūť q̄ȝ ratione determinare poſſunt. hi⁹ autē que ad operationes virtutum pertinent in ſingularibus conſiſtunt. et propter hoc eoꝝ iudicium conſiſtit in ſenſu. ꝛ ſi nō in exteriori ſaltem i interiori ꝑ quē aliq̄s bene eſtimat de ſingularib⁹ ad quē pertinet iudiciū prudētie ṽt infra dicetur in. vj. ſ; hoc tm̄ hic ſufficit vt oſtēdatur quod medi⁹ habitus in oibus ſit laudabilior. ſed q̄nq; oportet declinare ad ſuperhabūdantiā. q̄nq; autē ad defectū vel propter ipſam naturā virtutis vel propter inclinatōem noſtrā vt ex ſupradictis patet. ꝛ per hunc modū facile deputetur mediū ſm̄ quoddā alq̄d bene ſit. ꝛ in hoc terminatur ſecundus liber.

### Incipit liber tertius.

V Irtute itaq; ꝛc̄. Poſtq̄ȝ phūs determinauit de virtute in cōi. hic determinat de quibuſdam principijs actuū virtutis. dixerat diffiniēs ṽtutē qḋ ṽt⁹ ē habitus electiuus. eo. ſ. ꝙ virt⁹ ꝑ electōem operatur de eo. nunc ꝯſiter de electōe determinat ꝛ de voluntario ꝛ volūtate. hoꝝ triū volūtatū cōmune eſt. nā volūtarium dř omē qḋ ſponte fit. electio aūt ē eoꝝ q̄ ſunt ad finē. ſed volūtas reſpicit ipm̄ finē. diuidiť ğ ꝑs iſta i ꝑtes duas. In p̄ma detiat de trib⁹ ꝑdictis pricipijs virtuoſoꝝ actuū. In ſcd̄a ꝑte cōꝑat hi⁹ principia ac actū. ibi. Exiſtēte vtiq;

volūtabiliū ⁊c̄. Circa primū tria facit. Primo determinat de uolūtario ⁊ inuolūtario. Secūdo determinat de electōe. ibi. Determinatis autē ⁊c̄. Tertio determinat de uoluntate. ibi. Uolūtas aūt que qdē finis ⁊c̄. Circa primuꝫ duo facit. Primo ondit quid ad pn̄tē doctrinam cōſiderare pertinet de volūtario ⁊ inuolūtario. Secūdo determinat de eis. ibi. Uidētur aūt nō voluntaria ⁊c̄. Circa primū ponit duas rōes. Quarū prima ſumit̄ ex eo ꝙ ē proprīū pn̄ti conſideratōe q̄ eſt de virtutib⁹. ⁊ cōcludit ex p̄miſſis ꝙ virtus moralis de q̄ nūc agitur eſt circa paſſiones ⁊ operatiōes. ita. ſ. quod in hijs q̄ ſunt volūtaria circa opatōes ⁊ paſſiones fiunt laudes cū aliquis opat̄ ſm virtutē. ⁊ vituperia qn̄ aliquis opatur ſm viciuꝫ qn̄ autē aliqs inuolūtarie opatur ſiquidem id quod verū eſt ſm virtutē. nō meret̄ laudeꝫ. ſi autē cōtra virtutē meret̄ veniam ex eo quod inuolūtarie agit vt. ſ. min⁹ vitupereť. qn̄qꝫ āt meretur mīaꝫ vt. ſ. totaliter a vituperio reddat̄ īmunis. vel pōt diſtingui venia ⁊ mīa vt dicatur venia qn̄ diminuit̄ ſeu totaliter dimittit̄ vituperiū ſeu pena ex iudicio rationis. miſericordia aūt ex hoc ꝙ ex paſſione. laus autem ⁊ vituperiū ꝓprie debentur virtuti ⁊ vitio. ⁊ iō voluntariū ⁊ inuolūtariū ſm que diuerſificat̄ rō laudis ⁊ vituperij debet determinari ab hijs que intēdunt de virtute cōſiderare. Secūdam rōem ponit ibi. Utile aūt ⁊ legiſlatorib⁹ ⁊c̄. q̄ ſumit̄ ex cōſideratōe politica ad quā p̄ſens cōſideratio ordinat̄. ⁊ dicit ꝙ vtile legiſlatorib⁹ ꝙ cōſiderent voluntariū ⁊ inuolūtariū ad hoc ꝙ ſtatuant honores bene agētib⁹ vel penas peccātibus inquib⁹ diuerſitatē fac̄ voluntarij ⁊ inuoluntarij dr̄a. Deinde cū dicit. Uidētur autē inuolūtaria ⁊c̄. determinat de volūtario ⁊ inuolūtario. Et primo de inuolūtario. Secūdo de volūtario. ibi. Exiſtēte autē inuolūtario ⁊c̄. ⁊ rō ordinis eſt. quia iuolūtariū ex ſimplici cā procedit. puta ex ſola ignorātia vel ex ſola violētia. ſed ad volūtariū oportet plura cōcurrere. Circa primū tria facit. Primo diuidit inuoluntarium. Secundo determinat de vno mēbro diuiſionis. ibi. Uiolentū autē eſt ⁊c̄. Tertio determinat de quo ibi. Quod ꝓpter ignorātiā ⁊c̄. Dicit ergo primo qō inuolūtaria videnť eſſe aliqua dupliciter. ſ. vel illa que fiūt per violētiam vel illa que fiunt propter ignorātiā. ⁊ rō huius diuiſiōis eſt. quia inuoluntarium eſt priuatio volūtarij voluntari⁹ autē īportat motuꝫ appetitiue virtutis q̄ p̄ſupponit cognitōem apprehēſiue virtutis. eo quod bonū apprehenſū mouet virtutem appetitiuā. Dupliciter aliqd ē inuoluntariū. Uno mō per hoc ꝙ excludit̄ ipſe mot⁹ appetitiue virtutis. ⁊ hoc eſt inuoluntariū p̄ violētiam. Alio modo qꝛ excludit̄ cognitio virtutis apprehenſiue. ⁊ hoc ē inuoluntarium per ignorātiam. Deinde cū dicit. Uiolēter autē eſt ⁊c̄. determinat de voluntario per violētiam. Et circa hec duo facit. Primo oſtēdit qd ſit violētum. Secūdo excludit circa hoc errorem. ibi. Si quis autē delectabilia ⁊c̄. Circa primū tria facit. Primo oſtendit quid ſit ſimpliciter violētum. Secūdo qd ſit violentū ſm quid. ibi. Quecūqꝫ aūt propter timorē. Tertio epilogat. ibi. Qualia vtiqꝫ ⁊ eodē ⁊c̄. Dicit ergo primo quod violētum ē cuius principium extra. dictū eſt. n. quod violētia excludit motum appetitiuū. vnde cū appetit⁹ ſit principiū intrinſecū cōueniēs ē quod violētū ſit a principio extrinſeco nō omne tn̄ cuius principiū eſt extra eſt violētū. ſed ſolū ꝙ ita eſt a principio extrinſeco ꝙ appetitus interior nō occurrit nudū. ⁊ hoc eſt quod dicit qō oportet tale violentū eſſe in quo nihil cōferat. ſ. per ꝓpriū homo dicit̄ operās inquātū facit aliquid per violentiā patit̄. ⁊ ponit exemplū. puta ſpirit⁹ i. vētus per ſuā violētiā impulēt rē aliquā ad aliqueꝫ locū. vel ſi hoīes dominiū ⁊ ptātē habentes expectauerūt aliquē ꝯ ſuā volūtatem.

Deinde cū dicit. Quecūqꝫ autē ⁊c̄. oſtēdit quid ſit violētuꝫ ſm quid. Et circa hec tria facit. Primo mouet dubitationē. Secūdo ſoluit. ibi. Mixte quidā igit̄ ſunt ⁊c̄. Tertio ſolutōem manifeſtat. ibi. In opatōibus aūt ⁊c̄. dicit ergo primo quod quedā ſūt q̄ aliqs apatur ꝓpter timorē maiorē maloꝝ. qꝛ. ſ. timet incurrere. vel ꝓpter bonū aliqō. quod. ſ. timet amittere puta ſi aliquis tyrānus hn̄s in ſuo dominio ⁊ ptāte parētes ⁊ filios alicui⁹ ⁊ precipiat ei qō aliquid turpe opereť tali cōditione vt ſi opereť nō occidanť ſi nō opereť occidātur. eſt ergo dubitatio vtrū illa que ex tali timore fiunt ſint dicēda volūtaria. vel poti⁹ inuolūtaria. ⁊ ponit aliud exemplū de hijs qui ī tempeſtatib⁹ maritanis exiſtētes eijciūt res ī mari qō quidē ſimpliciter loquēdo nullus facit volūtarius. ſed ad hoc quod ipſe ⁊ illi qui cum eo ſunt ſaluerēť faciūt hoc omnes q̄ hn̄t intellectū bene diſpoſitū. Deinde cū dicit. mixte quidā igit̄ ⁊c̄. ſoluit p̄miſſam dubitationē cōcludēs eo quod dictū ē quod predicte operatōes que exteriores fiunt ſunt mixte. ſ. habētes de vtroqꝫ. de inuolūtario quidam inquātū vllus vult ſimpliciter res ſuas in mare ꝓijcere. de voluntario aūt inquātū quidā ſapiens vult hoc pro ſalute ſue perſone ⁊ aliorū ſed tn̄ magis accedūt ad volūtarias opatōes q̄ȝ ad inuoluntarias. cuius rō eſt qꝛ ex hoc ꝙ ꝓijcere res in mare vel quicquid ē ad hī⁹ pōt dupliciter cōſiderari vno modo ⁊ abſolute et in vlī. ⁊ ſic eſt inuolūtariū. alio modo ſm particulares circūſtancias que occurrūt in tpe ī quo eſt hic agendū. ⁊ ſm hoc ē volūtariū. qꝛ vo act⁹ ſunt circa ſingularia magis ē iudicāda conditio act⁹ ſm cōſideratōes ſingulariū q̄ȝ circa cōſideratōeꝫ vlm. ⁊ hoc ē ꝙ dicit qō p̄dicte pōnes facte ſūt voluntarie. tunc qō qn̄ ſūt opate. i. conſideratis oībus ſingularib⁹ circūſtantijs que p̄ tpe illo occurrunt. ⁊ ſm hoc ſingulare tempus eſt finis ⁊ cōplementū operatōis. ⁊ iō dicēdū ē ꝓprie aliquid volūtariuꝫ ⁊ inuolūtariū ſm cōſideratōem tēporis qn̄ aliquis opatur. manifeſtū ē aūt ꝙ tūc operatur volēs quod patet ex hoc quod in talib⁹ operatōib⁹ principiū mouendi organicas p̄tes. i. applicādi mēbra corporis ad operandū eſt in ipſo hoīe aliter tn̄ eſſet ſi ipſe nō mouerit mēbra ſed ab aliquo potētiori moueat̄. ea autē q̄ fiūt ex principio ītrinſeco ſunt in ptāte hoīs vt ea opereť. vel nō opereť quod pertinet ad rōem volūtarij. vnde manifeſtū ē quod tales opatōes ꝓprie ⁊ vere ſunt volūtarie. ſed tamē ſimplr̄. i. in vlī cōſiderātes eas ſunt inuolūtarie. qꝛ nullus quātū eſt in ſe eligeret operari aliquid taliū niſi ꝓpter timorē vt dictum eſt

In opatōib⁹ aūt ⁊c̄. poſtq̄ȝ phūs ſoluit dubitatōem motā circa ea que ſūt ꝓpter metuꝫ oſtēdens hi⁹ opatōes eē voluntarias hic ſolutōem manifeſtat per hoc qō laus ⁊ vituperiū honor ⁊ pena debent̄ hi⁹ opatōib⁹ volūtarijs. Et circa hec duo facit. Primo oſtēdit q̄liter hi⁹ opatōibus debeatur laus ⁊ vituperiuꝫ honor ⁊ pena. Secūdo manifeſtat difficultateꝫ circa innuētes. ibi. Eſt aūt difficile ⁊c̄. Circa primū ponit tres grad⁹ opationū talium q̄ fiunt per metū quātū ad hoc quod nomināt̄ laudū vel vituperiū. Et quātū ad primū oſtendit quod in talib⁹ opatōib⁹ quas dixit eē mixtas ex volūtario ⁊ inuolūtario. qn̄qꝫ aliq̄ laudant̄ ex eo quod ſuſtinent aliquod turpe. nō per peccatū ſed ignominiā aliquā. vel etiā aliquod triſte. i. aliquod cōmeſtatiuū ꝓpter hoc qō perſeuerēt in talib⁹ magnis ⁊ bonis. puta in aliquib⁹ vtuoſis actib⁹. quando autē accidit ecōuerſo vituperant̄ qꝛ ꝓpriū praui hoīs eſſe videt̄ ut ſuſtineret turpiſſima. i. aliqs magnas cōfuſiones pro nullo vel modico bono. nullus. n. ſuſtinet aliquod malū p̄ cōſeruatione alicuius boni. niſi illud bonū prepūderet ī corde ſuo alijs bonis quib⁹ oppō mala q̄ ſuſtinet. pertinet aūt ad inordinatōem appetitus qō aliqs parua bona p̄eligat magnis q̄ tollūt̄ p̄ magna mala. ⁊ iō cū dicit praui hoīes q̄ habēt appetitū inordinatū. Secūdū gradū pōit ibi. In aliquib⁹ āt ⁊c̄. dicēs qō ī qbuſdā opationibus ꝓpter metū factis nō meret̄ aliqs laudē ſed ſolū veniā ut ſupra aliqs inde non multū vitupereť. qn̄. ſ. opat̄ q̄dā que nō oꝫ aliqua decētia ad ſtatū ſuū cū tn̄ nō ſint multa grauia ꝓpter timorē alioꝝ maloꝝ quoꝝ ſuſtinētia excedit verā naturā ⁊ q̄ null⁹ poſſet ſuſtinere p̄cipue ꝓpter hāc cām. puta ſi aliq̄ imminēt ſuſtinere ignis aduſtionē niſi diceret aliqō iocoſū mēdaciū. vel niſi aliqua vilia obiecta opā faceret q̄ nō decerēt ei⁹ dignitateꝫ. Tertiū gdū. ibi. Quedā aūt forsaſſis ⁊c̄. dicit ꝙ q̄dā opatōes ſunt adeo male qō ad eas faciēdas nulla faciēs coactio adhiberi pōt ſed magis debet hō ſuſtinere mortē paciēdo dириſſima tormēta q̄ȝ talia opari. ſicut beat⁹ laurenti⁹ ſuſtinuit aduſtionē graticule ne idolis īmolaret. ⁊ hoc iō phūs dicit. vel qꝛ morienti ꝓpter vtutē remanet poſt mortā gloria. vl̄ qꝛ fortiter p̄ſiſtere in bonū virtutis ē tm̄ bonum vt ei eq̄pari n̄ poſſit diuturnitas vite quā vō moriendo p̄dit. ⁊ ideo dicit quod almeona. i. carmina almeone facta ab euripede poete videnť eē deriſoria in quib⁹ variat̄ ꝙ almeon coact⁹ fuit matrē occidere ex precepto patris ſui q̄ hꝫ ſibi p̄ceperat in bello thebano moriēs ad qō manifeſtat ex vxoris cōſilio. Deīde cū dicit. Eſt aūt difficile ⁊c̄. ponit duas facultates q̄ īminēter circa p̄dictas opatōes. Quarū prima pertinet ad iudiciū rōnis. ⁊ dicit qō qn̄ difficile ē iudicare quid ſit eligēdū p̄ hoc aliquis euitet malum. ⁊ q̄d mali ſit ſuſtinēdū p̄ hoc quod nō deficiat ab aliquo bono. Secūda difficultas pertinet ad īmutabilitatē affectus quā ponit. ibi. Per hoc aūt ⁊c̄. ⁊ dicit quod adhuc difficili⁹ ē morari p̄ ſeuerēter in hijs q̄ homo cognoſcit p̄ iudiciū rōnis q̄ȝ rcē iudicare. ⁊ aſſignat rōem difficultatis dicens ꝙ ſicut plurimū cōuenit ea q̄ expectantur. i. q̄ cōtinent̄ in triſticia. i. afflictiua vel doloroſa. illa aūt ad q̄ hoīes cogunt̄ p̄ timorē ſunt turpia. difficile ē autē quod effect⁹ hoīs ex timore doloris nō moueat̄ ⁊ cū illa ad que aliquis per hi⁹ cogit̄ ſunt turpia cōueniēs ē ꝙ circa eos q̄ cogūt̄ ad hi⁹ agēda per timores triſtiū fiūt vituperia. circa eos aūt q̄ ad hoc cogi nō pn̄t fiāt laude. Deinde cū dicit. Qualia vtiqꝫ ⁊c̄. epilogat q̄ dicta ſūt et quorūdā rōeꝫ aſſignat. ⁊ primo reſumit qōem principalem. ſ. qualia ſunt dicēda violenta. Secūdo reſumit rn̄ſionem quātum ad ea que abſolute violēta ſunt quoꝝ cā exteri⁹. ita quod ille qui opat̄ ꝓpter violētiā nihil conferat. Tertio reſumit de operatōib⁹ mixtis. ⁊ dicit quod illa que ſꝫ ſeipſa. i. abſolute ⁊ vlr̄ conſiderata ſunt inuoluntaria efficiuntur voluntaria ſm certū tempus. ⁊ propter certos euentus. horū aūt q̄uis ſm ſe ſint inuoluntaria. principiū eſt in operatione. ⁊ ideo dicenda voluntaria ſm hoc tempus. ⁊ pro iſtis cauſis. ⁊ ſic patet quod aſſimilantur volūtarijs q̄ȝ inuoluntarijs que ſūt voluntaria conſideratis ſingularibus in quibus operationes conſiſtūt. Quarto reſumit quod dixerat de difficultate in talibus contingēte ⁊ dicit ꝙ non eſt facile tradere qualia oporteat p̄ q̄libet. ⁊ rōem aſſignat ex hoc qō multe differētie ſunt in ſingularibus ⁊ iō iudicare de hijs non poteſt ſub certa regula cōprehendi ſi reliquam exiſtimationē prudentis.

Deinde cū dicit. Si qs aūt delectabilia rc. excludit errorē quorūdam de hijs q̄ per violētiā. qr.n. homo eſt id quod ē ſm rōem viſū eſt qbuſdā quod illud ſolū homo p ſe.i. qd voluntarie faceret quod facit ſm rōem. qn̄ aūt ꝯuenit quod homo cōtra rōem vel ꝓpter concupiſcētiā alicui⁹ delectatōis. vel ꝓpter cupiditatē alicuius exterioris boni. r iō dicebāt qd delectabilia r exteriora bona puta diuitie ſūt violenta effectiue inquātū.ſ. cum ſint quedā extrinſeca cogunt hominē ad agenduz cōtra rōem. ſed hoc improbat quinq̄ rōibus. Quaꝝ prima talis eſt. ſi exteriora inquātū ſunt delectabilia. r vident̄ bona violentiā inferūt ſeqt̄ ꝙ oīa q̄ agimus ſint violēta in rebus hūanis ſit voluntariū qa omnes homines q̄cūq̄ operant̄ gratia boꝝ.i. ꝓpter aliquod delectabile vel ꝓpter aliquod quodcūq̄ mō bonū. h aūt ē incōueniēs. ergo r primū. Secūdā rōez ponit. ibi. Et qui qdem rc. que talis eſt oēs qui operant̄ ex violētia. r inuolūtarij operāt̄ cuz triſticia. vnde r in hoc metaphiſice dr̄ quod neceſſitas eſt cōtriſtās. qr cōtrariat̄ volūtati ſed illi qui operāt̄ ꝓpter aliquod bonū ſeu ꝓpter aliquod delectabile adhipiſcēdū operātur cū delectatōe. nō ergo opant̄ p violētiaz r nolētes. Tertiā rōem ponit. ibi. Ridiculum aūt rc. r dicit quod ridiculū ē cauſari.i. cauſare exteriora bona. r n̄ incuſare ſeipſū ex eo quod reddit ſe veniale.i. pmittit ſe ſupari a talibus delectabilib⁹ ſed pōt eis inherere eo vl' quod eoꝝ. nō.n. voluntas noſtra ex neceſſitate mouet̄ a talib⁹ appetibilib⁹. ſed pōt eis īherere vel nō inherere eo ꝙ nihil eoꝝ hʒ rōem vl'is r pfecti boni ſicut felicitas quā omnes ex neceſſitate volum⁹. Quartā rōem ponit. ibi Et bonoꝝ quidē ſeipſū rc. r dicit quod rediculū eſt quod aliqs dicat ſeipſum eſſe bonoꝝ virtuoſoꝝ opationū r quod delectabilia ſint cā turpiū oponū inquātū aliciunt cōcupiſcētiam. iō autē hoc dicit eē ridiculū. qr cōtrarie opatōes reducūt̄ in eandē potētiā rationalē. ſicut in cauſam. r iō oʒ qd ſicut rō ſm ſeipſaʒ agēs ē cā virtuoſe opationis. ita etiā ſit cauſa virtuoſe opatōis ſequēdo paſſiones. Quintaʒ rōem ponit. ibi. Videt̄ vtiq̄ violentū rc. r dicit quod violentū eſt cui⁹ principiū eſt extra ita qd ille q̄ patit̄ inde vel cōferat ad actōem ſed ille q̄ agit ꝓpter bona exteriora conferet aliquid actōi. ergo quāuis pricipiū inclinans eius volūtatē ſit extra. nō tn̄ ei⁹ opatio ē violenta neq̄ ſimpliciter. quia aliquid cōfert ad opatōem neq̄ per aliquā mixtionē. qr in opatōib⁹ mixtis nō reddit̄ aliqd ſimplicit̄ violentariū. ſicut accidit hic r iō hoc operat̄ hi⁹ cuʒ triſtitia. hic aūt cū delectatōe vt dictū eſt.

q Uod aūt ꝓpter ignorātiā rc. Poſtq̄ phus determinauit de inuolūtario p violētiā. hic determinat de inuolūtaria per ignorātiam. Et circa hec duo. Primo oſtēdit qūo ſit aliquid inuolūtariū per ignorantiā Secūdo manifeſtat q̄dā que dixerat. ibi. Forte igitur nō malū rc. Circa pmū ponit duas drīas circa ignorātiā. Quaꝝ pma attēdit̄ ſm quod aliquid ſit ꝓpter ignorātiaʒ ſed diuerſimode ſe habet ad voluntatē. qn̄q̄ n. eſt volūtati contrariū. r tunc ꝓprie dr̄ iuoluntariū. qn̄q̄ aūt nō ē contrariū voluntati ſed voluntarij. ſed eſt pter volūtatem inquantum ignorat̄. r hoc nō dicit̄ inuoluntarium. dicit ergo quod hoc ꝙ ſit ꝓpter ignorātiam. ita.ſ. ꝙ ignorātia ſit cā eius vl'r eſt nō volūtariū. ex hoc qd actus voluntatis nō fert̄ in illud. nō enim pōt actus voluntatis ferri in id quod eſt penitus ignorāter. cū obiectū voluntatis ſit bonū cognitum. ſed tūc ſolum id qd ex ignorātia cauſatur dicit̄ inuoluntariū q̄ſi voluntati cōtrariū qn̄ poſtq̄ cognoſcitur inducit triſtitiam r penitentiā que eſt triſtitia q̄ eſt que qs fecit. ex hoc.n. eſt aliquid contriſtans ꝙ eſt volūtati cōtrariū vt dicitur in .v. methaphiſice. ille aūt qui ꝓpter ignorantiam opatur aliquid nō triſtat̄ vbi de hoc qd opat̄ ē illud qd poſtq̄ cognoſcit. puta ſi accipiat argentū eſtimās ſe accipere ſtannū nō poterit dici qd acceperit argentū. nō tamē cognouerunt illud eſſe argentū. nec poteſt dici qd nolens.i. cōtra ſuam voluntatem acceperit argētum tn̄ nō triſtetur de eo quod ꝓpter ignorātiā argentū accepit. ille.n. videt̄ eſſe nolēs q̄ habet triſticiam r penitudineʒ de eo qd propter ignorantiam fecit. ſicut ſi aliquis accepiſſʒ ecōuerſo ſtannū putans accipere argentum. ſed quia ille q̄ nō penitet alter eſt ab illo q̄ penitet qui dr̄ nolens vocet̄ ille eniʒ nō nolēs quia enim differt a nolente ſm rem meli⁹ ē qd habeat nomen propriū r diſtictū. Secūdam rōem ponit. ibi. Alterā autē materiaʒ rc. q̄ quidaʒ accipit̄ ſm differētiā eius quod ſit ad ignorantiam que qn̄q̄ eſt tam eius qn̄ vero procedit ex alia cauſa. dicit ergo qd alteruʒ videtur eſſe quod aliquis opatur propter ignorantiā ab eo quod aliquis operet̄ ignorant̄. qn̄q̄ aliquis operatur ignorās. ſed nō ꝓpter ignorātiam. ſicut ebri⁹ vel iratus nō operatur propter ignorantiam. ſed propter ebrietatem vel iram r tn̄ neuter eorum operat̄ ſciens quia ex ebrietate r ira cauſatur ignorantia ſimul cum tali operatōe vel ita ignorantia ſe habet vt cōicans operatōem. r nō ſicut cā eius. r ex hoc cōcludit quod ſicut qui iratur operatur ignorās nō aūt propter ignorantiaʒ ſed propter iram. ita omnis mal⁹ operat̄ nō quidā ꝓpt̄ ignorantiā. ſed ignorās in particulari q̄ bona oʒ facere. r a quib⁹ malis oporteat fugere in q̄tū.ſ. eſtimat h malū ſibi nūc eē faciendū r ob hoc homo ſibi nūc eē ceſſandū r ꝓpter hoc peccatū. quia.ſ. operant̄ q̄ nō oʒ ignorātes oēs vel ſiūt iniuſti quo ad alios. r mali quo ad ſeipſos ex quo pʒ quod ex hoc ꝙ aliquis opat̄ ignorās. r nō ꝓpter ignorātiam nō cauſat̄ inuoluntariū. qr null⁹ ꝓpter id qd inuoluntari⁹ facit ē iniuſt⁹ vel mal⁹. Tertiā driaʒ ponit. ibi. Inuolūtariū aūt vult dici. q̄ quidē ſumit̄ ex pte ei⁹ qd ignorat̄ vbi cōſiderādū ē ꝙ duplex pōt eē ignorātia. Uno mō ſm quod aliqs ignorat quid oporteat facere vel vitare. r hāc ignorātiā. dicit eē ei⁹ qd cōfert.i. quod operari oʒ. talis aūt ignorātia nō cauſat iuiolētū qr ignorātia hi⁹ nō pōt hōi habēti vſus rōis ꝓuenire niſi ex negligētia qr q̄libet tenet̄ adhibere ſollicitudinē ad ſciēdum qd oporteat eum facere vel vitare. vn̄ ſi ipſa ignorātia reputat̄ volūtaria dum hō eā non vult vitare ſicut tenet̄. ꝯñs eſt quod nec illud quod p hi⁹ ignorātiā ſit inuoluntariū iudicet̄ r hoc ē quod dicit. vult.i. natū ē dici. nō ſi qs ignorat aliquid. cōfert.i. quod ē expediens ad operādum. hoc autē pōt aliquis ignorare dupliciter. Uno mō in aliqua pticulari. puta cū aliqs ꝓpter cōcupiām eſtimat ſibi eſſe fornicādū. Alio mō in vl'i vt pʒ i extraneo q̄ opat̄ oēm fornicatōem licitā. vtraq̄ autē ignorantia ē ei⁹ quod cōfert. vnde neutrū inuolūtariū cauſat. r hoc ē quod dicit quod inuolūtariū vult illa ignorātia q̄ ē in electione. p quē.ſ. exiſtimat hoc malum ſibi nūc eē faciēdum non eſt cauſa inuoluntarij. ſed eſt magis cā malitie.i. peccati. neq̄ etiā ignorātia q̄ ē in vl'i eſt cā inuoluntarij. qr ꝓpter ignorātiā hi⁹ aliqs vituperat̄. nō autē vituperat̄ aliqs ꝓpter iuoluntariū vt ſupra habitum ē. alia autē ē ignorātia ſingularium conditionum. puta ꝙ iſta mulier ſit vxor vel qd iſte vir ſit pater vel qd iſte loc⁹ ſit ſacer. r iſta ſunt circa q̄ r in quib⁹ ē opatio humana p quoꝝ iuſtā ignorātiā aliquis meret̄ miām r veniam. eo quod ille qui ignorat aliqd hoꝝ opat̄ inuolūtarie. vn̄ pʒ qd ignorātia talium ſingularium circunſtātiaꝝ cauſat inuoluntarium. nō autē vituperat̄ aliquis ignorātia ei⁹ quod cōfert. Deinde cuʒ dicit. Forſitan igit̄ nō malis rc. manifeſtat quod dixerat.ſ. q̄ ſunt iſte circunſtātie quoꝝ ignorātia cauſat inuoluntarium. Et circa hec tria facit. Primo ꝓponit q̄ ſunt iſte circūſtātie. Secundo q̄liter ignoreēt̄. ibi. Oia quidem igit̄ rc. Tertio qualiter eoꝝ ignorātia voluntariū cauſat. ibi. Sūt oia vtiq̄ rc. Circa pmū cōſiderādū ē quod circūſtātie nihil aliud ſūt q̄ quedā ſingulares cōditōes humani actus vel ex parte ipſi⁹ act⁹. cā etiā act⁹ eſt efficiens vel finis. efficiēs ē aūt vel agēs pricipale vl' inſtrumētale. ex pte autez act⁹ tria accipi pn̄t.ſ. ipſū agēs. act⁹ mā. ſiue obiectū ipm et modus agēdi. r ſm hoc ponit phus hic. vj. circūſtātias. r dicit quod nō ē malū imo optimū determinare q̄ r quid ſint iſta ſingularia quorum ignorātia volūtariū facit r vtit̄ aduerbio dubitādi ſicut i multis alijs locis in hoc libro ꝓpter icertitudinē moralis materie. enumerās ergo h ſingularia dicit quis quod ptinet ad perſonā pricipalis agētis. r quod.ſ. agat ꝙ ptinet ad genus actus r circa quid ꝙ pertinet ad materiam vel obiectum aut apponit. r circa id quod pertinet ad mēſurā actus vt agentis.i. locū vel tēpus cū dicit vel in quo operat̄ qr oēs res exteriores videt̄ ſimilem habitudinem hr̄e ad actum humanū tulli⁹ autē h qd dr̄ circa quid cōprehēdit ſub hoc qd dr̄ quid quod autē dr̄ in quo dederit. ibi. Duas circūſtātias.ſ. in qn̄ r vbi. quātū autē ad agēs iſtrumētale ſubdit qn̄q̄ aūt ex quo puta inſtrumēto. nō.n. oīs actio ſit ſup inſtrumētū puta intelligere r velle loco autē hi⁹ ponit̄ a quibuſdam quib⁹ auxilijs. nam ille cui p̄bet̄ auxiliū vtet̄ auxilijs ſicut inſtrumētis q̄tū ad finem dicit ex cui⁹ gratia puta cū medicus vulnerat cā ſalutis. quātū aūt ad modū agendi dicit r qualiter puta quiete.i. leuiter vel vehementer i. fortiter. Deinde cū dicit. Oia quideʒ igit̄ rc. oſtēdit qualiter p̄dicte circūſtātie ignoreēt̄ r dicit ꝙ nulli⁹ eſt quod oēs p̄dictas circunſtātias ignoret niſi ſit totaliter inſan⁹ r inter ceteras circūſtantias. manifeſtū ē quod non pōt ignorare qd ſit operās. qr ſic ignoraret ſeipſum ꝙ ē impoſſibile pōt aūt ignorare illud quod quis opat̄ ſicut illi q̄ dicūt aliqua q̄ nō erāt dicēda dicunt excuſando ſeipſos qd excidit a memoria eoꝝ qd nūq̄ ſciuerunt qd talia erāt ineffabilia.i. quod talia nō erāt dicenda ſicut reuelata ſunt miſtica.i. ſecreta hyſcili i. cuiuſdā poete. ille vero q̄ talia loqt̄ ignorat facta r qd faciat qr neſcit hoc eſſe reuelationem ſecretoꝝ. r ponit aliud exēplū quātū ad facta ſicut ſagitator q̄ vult monſtrare diſcole ſuo qualiter ſit ſagitādum. r mittet aliquid.ſ. colū. talis.n. neſcit qd facit. qr neſcit ſe dimittere celū. Deinde ponit exēplū de ignorantia ei⁹ quod ē circa qd ſicut ſi aliquis filiū ſuum credat eſſe hoſtē qui impugnet domum eius. r interficiat eū ſicut quedam mulier merોris interfecit filium ſuū. r ſic patet ꝙ intelligi facto ſcit homo quid facit quia ſcit ſe interficere filiū ꝓpterea ponit exemplū de ignorātia inſtrumēti ſicut ſi aliquis in haſtiludio vtatur haſta lancea q̄ putat eē ratū datam.ſ. per amotōem ferri. vel ſi quis eſtimat lapideʒ quo vtitur eſſe puniceʒ. vltimū autem ponit exemplū de ignorātia finis. r dicit quod ſi aliquis medicus vel minutor percutiens hominē ꝓpter ſalutem corporalem vel magiſter ꝓpter ſalutē ſalutē accidat. Iſte aūt hʒ ignorantiam finis vt quidē eius quē intēdebat. ſʒ ei⁹ qui ex opere conſequitur. ignorabat.n. quod op⁹ eius ad cauſalem finē perueniret. vltimo aūt ponit exēplū de ignorātia materie actōis

puta cū aliquis eſtimat ſe leuiter ducere manū ad oſtēdēdū qualiter ſit ꝑcutiēdū ſic faciunt pugiles vt ꝑcutiāt fortiter. talis.n.ignorāter fortiter ꝑcutiat. Deinde cū dicit. Circa oīa intelligere hoc ⁊c̄. oſtēdit quō ꝓdictaruʒ ignorātia ī volūtariū cauſat. Et primo dicit ꝙ cū ignorātia poſſit eē circa quodlibet ꝓdictorū.v.que cōcurrūt ad opatōem ille videt̄ nolens ſiue inuolūtarius opari qui ignorat aliquod ꝓdictoꝝ nō aūt equaliter quātū ad oīa ſʒ ꝓcipue ſi ſit ignorātia in pricipaliſſimis circūſtātijs. Secūdo ibi. Pricipaliſſima aūt ⁊c̄. manifeſtat q̄ ſūt pricipaliſſime circūſtātie. et dicit qō principaliſſime circūſtātie eē vident̄ in quibꝰ ē opatio.i.obiectū ſiue materia actꝰ ⁊ cuiꝰ gratia.i.finis. q2 actꝰ ſpecificāt̄ ſm obiecta. ſicut autē materia ⁊ obiectū exterioris actꝰ ita finis ē obiectū interioris actꝰ volūtatis. Tertio ibi. Scōm talem vtit̄. ⁊c̄. dicit qō ignorātia ipſoꝝ nō ſufficit ad inuoluntariū. ⁊ dicit quod cū inuoluntariū cauſam dicatur ſm predictam ignorantiam ad hoc requirit̄ ad inuoluntariū quod opera ſint cū triſticia ⁊ peſſime vt ſupra dictū eſt.

Xiſtēte aūt ⁊ inuolūtario ⁊c̄. Poſtq̄ phus determinauit de inuolūtario. hic determinat de volūtario. Et prio oſ̄dit quid ſit volūtariū. Secūdo excludit circa hoc quēdā erroꝛē.ibi. Forſitan.n nō bene dr̄ ⁊c̄. Circa primū cōſiderandū ꝙ quāuis inuoluntariū videat̄ dici ſm remotōem voluntarij dr̄ aliquid ꝑ remotōem eoꝝ que cauſant inuoluntariū violētie ⁊ ignorantie ⁊ q2 vnūʒ quodq3 cognoſcit̄ ꝑ ſuā cām. iō diffinitōem voluntarij tradit remouēdō cauſas inuolūtarij ⁊ dicit quod cū inuolūtariū facit ꝙ ſcit ꝓpter vim illatā ⁊ ꝓpter ignorātiā vt ſupra. deinde voluntariū videt̄ eē cuiꝰ pricipiū ē ī ipſo operāte ⁊ ſic excludit̄ in ipſo operāte. ⁊ ſic excluditur ignorantia ita tñ quod ipſe operās ſciat ſingulares circūſtantias que cōcurrunt ad operatōeʒ. ⁊ ꝑ hoc excludit ignorātias que cauſant inuolūtariū. Deinde dicit. Forſitā enī. ⁊ primo excludit quandā erroꝛē. ⁊ primo ponit ipſum. quedā.n. putabāt quod nō eſſe illud cuius principiū ē intra in cuius ſcīa circūſtantiarū ē voluntariū. pōt.n. cōtingere qō illud pricipiū quod ē intra nō ſit appetitꝰ rōnalis que dr̄ voluptas a qua denoīat̄ volūtariū. ſʒ aliqua paſſio appetitꝰ ſenſitiui puta ira vel cōcupiſcētia vel aliquid aliud hiꝰ ꝙ phus dicit nō eē bñ dictū. Et notandū ꝙ q2 paſſiones appetitꝰ ſenſitiui excitantur a rebꝰ exterioribꝰ apprehēſis ꝑ ſenſum hic erroꝛ eiuſdem rōnis eſſe videt̄ cum eo q̄ ſupra remouit ſm q̄ dicebat̄ ꝙ res exteriores inferūt violētiaʒ. ſed illud ibi dicēdū vbi agebat̄ de violēto cuius pricipiū eſt extra. hoc aūt ē hic agēdū vbi agit̄ de voluntario cuiꝰ pricipiū ē intra. nam paſſiones intra nō ſūt. Secūdo ibi. Paꝝ q̄dē n. ⁊c̄. improbat ꝓdictā opatōeʒ. v. rōibꝰ. Quarū prima talis ē. quecūq3 opant̄ bruta aīalia ⁊ pueri opantur ſm paſſionē appetitꝰ ſenſitiui. nō autē ſm appetitū intellectꝰ q̄ carēt vſu rōis. ſi ergo ꝑ irā ⁊ cōcupiām ⁊ alias paſſiōes appetitꝰ ſenſitiui fiunt eſſent inuolūtaria ſeq̄ret̄ quod neq3 bruta aīalia nec pueri voluntarie operāt̄. Dicūt̄ autē volūtarie opari non q2 operēt̄ ex volūtate. ſʒ q2 ꝓprio motu ſpōte agūt. ita qō a nullo exteriori mouēt̄. hoc.n. dicimꝰ volūtariū quod q̄s ſpōte ⁊ ꝓprio motu opat̄. ſi ergo ꝓpter irā vel cōcupiām fiūt ſunt volūtaria. Secūdam rōem ponit.ibi. Deinde vtrū. vel q̄ talis ē ſi ea q̄ fiūt ꝓpter irā vel concupiſcētiā nō ſunt volūtaria. aut hoc ē vlr̄ verū. aut hoc ē verū ī malis. nā in bonis autē.ſ. bonis q̄ quis facit ex paſſione volūtarie faciat. mala autē nō volūtarie quod forte ita dicebāt. q2 bona cōcoꝛdāt rōi cui mala ꝯriant̄ volūtas autē in rōe ē. ſʒ hoc ſm videt̄ eē ridiculoſuʒ cū ſit cā omniū que hō facit ſiue ſint bona ſiue mala.ſ. volūtas. nō.n. quātūcūq3 ira vel cōcupīa increſcit hō ꝓrūpit ad agēdū. niſi adueniat cōſenſus rōnalis appetitꝰ. ſilr̄ etiaʒ incōueniēs videt̄ primū.ſ. quod aliquis dicat nō volūtaria bona q̄ oʒ repetere. ⁊ ſm paſſionē. nā ad ea q̄ oʒ etiā rō appetere ꝑ volūtateʒ inducit. oʒ autē in quibuſdā iraſci. puta ad cohercēdū peccata. ⁊ ſilr̄ oʒ cōcupiſcere quedaʒ puta familiaritatē vel diſciplinā. relinquit̄ ergo falſum eē quod ea q̄ ꝓpter paſſionē fiunt nō ſint volūtaria. Tertiā rōem ponit.ibi. Uident̄ autē inuolūtaria ⁊c̄.. q̄ talis ē. in violentia ſunt cū triſticia. ſʒ illa q̄ fiūt ſm cōcupiām fiūt cū delectatione: nō ergo ſūt inuolūtaria Quartā rōem ponit.ibi. Adhuc autē q̄d differūt ⁊c̄. q̄ talis ē. ſicut ſupra habitū ē q̄ ſūt volūtaria ſunt vituperāda. ⁊ fugienda. q2 nō pōt dici de inuolūtarijs q2 neq3 pōt ea hic fugere neq3 ꝓpter ea vituperat̄. ſʒ ſicut peccata que fiunt ſm cogitatōeʒ.i. ꝑ deliberatōem ſūt fugienda ⁊ vituperabilia. ita etiā peccata que fiunt ꝓpter irā vel aliā paſſionē. pōt.n. hō per voluntatē paſſioni reſiſtere. vñ ſi ꝓpter aliq̄d turpe operet̄ vituperat̄. nō ergo differunt ea que fiunt ex deliberatōe quātum ad hoc qō ſunt notiora. Quintā rōem ponit. Uidet̄ autē ⁊c̄. que talis eſt paſſiones irrōnales.i. appetitus ſenſitiui vidētur eſſe humane. inquātum ſ. appetitus ſenſitiuus poteſt obedire rationi vt ſupra dictum eſt. ergo ⁊ operationes que ſunt ab ira ⁊ concupiſcentia ex alijs paſſionibus ſunt humane inquantum. ſed nulla operatio inuolūtaria ē humana. nō.n. attribuūt̄ hōi qui operat̄ inuoluntarius neq3 ad laudē neq3 ad vituperiū. incōueniens eſt ergo dicere quod ea que fiunt ex paſſione. ſicut inuoluntaria.

lenter a potentiori qui eſt ſupexceſſus in virtu
te nõ adequat ſibi analogum.i.non repreſentat
virtuoſo ſm ꝓportionem.vt.ſ.ſit virtuoſus dif-
fert ei vt potentiori. ita ipſe differt virtuoſo vt
meliori. plurimũ enĩ homines quantũ excellũt
in potētia ⁊ diuicijs tñ eſtimãt ſe meliores. nõ
autem conſueuerũt inueniri tales potentes qui
etiam in virtute excedant aut virtuoſi differant
tamq̃ꝫ melioribus. Deinde cũ dicit.Sũt autē
⁊c̃.oſtendit ꝙ p̃dicte amicitie ſpẽs in equalita-
te conſiſtunt.Et circa hoc duo facit. Primo oñ
dit ꝓpoſitum concludens ex premiſſis ꝙ predi
cte amicitie in equalitate conſiſtunt. ⁊ quia de
amicitia que eſt ꝓpter bonũ hoc eſt manifeſtũ
ꝓbat ꝓpoſitũ in amicitia vtili ⁊ delectabili. q2
ſ.vel eadem volunt ⁊ faciunt ſibi inuicem.ſ. re-
compenſari delectationē delectationi aut vtili-
tatem vtilitati.vel cõmunicat alterum ꝓ altero
ſ.vtilitatem ꝓ delectatione aut econuerſo. Se
cũdo ibi.Quoniã autē ⁊c̃.oſtēdit quõ due ſpẽs
ſe habeant ad rõnem amicitie.⁊ minus ꝑmanēt
quia ꝑfecta amicitia que eſt bonoꝝ ſm cuius ſi
militudinē ⁊ diſſimilitudinē vident͛ eſſe amici-
tie ⁊ nõ eē inquantũ enĩ habent ſimilitudinē
ad ꝑfectam amicitiã vident͛ eſſe amicitie ꝓut.ſ.
vna earum habet delectabile vtrũq;.ſed ad quã
tum ſic diſſimiles ꝓut.ſ.ꝑfecta amicitia eſt im-
mutabilis ⁊ ꝑmanſiua alie vero velociter tranſ-
mutant͛.differunt etiã in multis alijs vt ex pre-
dictis patet.⁊ ꝓpter hanc diſſimilitudinē nõ vi
dent͛ eſſe vere amicitie.

a Ltera aũt amicitie eſt ſpecies ⁊c̃. Poſt
q̃ꝫ phs diſtinxit ſpecies que in equali-
tate conſiſtunt. Hic diſtinguit ſpecies
aĩcitie que eſt int͛ equales ꝑſonas. Et circa hoc
duo facit. Primo determinat ea que in cõi ꝑti
nent ad taliũ amicitiaꝝ diſtinctionē.Secundo
determinat de diſtinctione haruꝫ amicitiaꝝ ſm
ſpãles eoꝝ rõnes.ibi. Videt͛ quēadmodũ autē
⁊c̃.Circa primũ duo facit. Primo agit de ami-
citijs ſupexcedentis ad ſupexceſſuꝫ. ſicut patris
ad filium.viri ad vxorem ⁊ hi⁹ enĩ ex contrarijs
autē ⁊c̃.Circa primũ tria facit. Primo diſting-
uit hi⁹ amicitie genus a p̃cedentibus amicitijs.
Secũdo diſtinguit hi⁹ amicitias ab inuicē.ibi.
Differunt autē ⁊c̃.Tertio oñdit quõ hi⁹ amici-
tie conſeruent͛.ibi.Eadem quidē vtiq; ⁊c̃.Dicit
ergo primo poſtq̃ꝫ p̃ter p̃dictas amicitias quas
diximus in equalitate conſiſtere eo ꝙ ſũt ſiliter
ſm virtutē vel vtilitatē vel delectationē.eſt que-
dam alia ſpecies amicitie que ē ſm ſupabun-
dantiã.inquantũ.ſ.vna ꝑſona excedit aliaꝫ ſicut
amicitia que eſt patris ad filiũ.⁊ vlr ſenioris ad
minorē ⁊ viri ad vxorē.⁊ vlr oĩs qui habꝫ impe
riũ ſup aliquē ad eum ſup quē habet imperium
Deinde cũ dicit.Differunt autē ⁊c̃. ponit dif
ferentiã harũ amicitiaꝝ ad inuicē.⁊ primo poĩt
quod intendit ⁊ dicit ꝙ hi⁹ amicitie differunt
ſpecie ab inuicem . aſſignat duas differentias .
vna quidē ſm diuerſas religiones ſupabundã
tie.Alia enĩ amicitie ſpẽs patris ad filios. ⁊ alia
imperãtis ad ſubditos quibus imperat. alia ve-
ro differētia ē ſm diuerſã religionē excedentis
⁊ exceſſi.nõ enĩ eadē eſt amicitia patris ad filiũ
⁊ filij ad patrē. neq; in eadē eſt viri ad vxorē ⁊
vxoris ad maritũ.Secũdo ibi Altera enĩ ⁊c̃.oñ-
dit ꝓpoſitum duabus rõnibus.Quarũ prima ē
quia cũ amicitia dicat͛ ſm habitũ ⁊ ſm actum
neceſſe ē ꝙ cuilibet amico inſit aliqua habitual͛
virtus ad exequendũ ea que ſũt amicitie.⁊ etiã
ipſum opus amicitie.manifeſtũ aũt eſt in ſingu
lis p̃dictoꝝ qđ nõ eſt idem opus puta patris ad
filiũ ⁊ viri ad vxorem.aut etiã filij ad patrē. ⁊ ꝑ
cõſequens nõ eſt eadē virtus. ĝ etiã ſũt diuerſe
amicitie.Scđaꝫ rõnē ponit ibi.Et altera ãt ⁊c̃.
que talis eſt in p̃dictis amicitijs ĩueniunt͛ diuer
ſe rõnes ꝓpter quas amant. alia enĩ rõne pater
amat filiũ ⁊ filius patrē.⁊ vir vxorē.ſed ſm di-
uerſas rõnes amandi ſũt diuerſe amationes.⁊ ꝑ
conſequēs diuerſe amicitie. Deinde cũ dicit
Eadē quidē ⁊c̃.oñdit quõ p̃dicte amicitie cõſer
uant͛.Et primo oñdit ꝙ conſeruant͛ ꝑ hoc ꝙ ĩ-
uicem ſibi exhibent que oꝫ ſm amare ⁊ amari.
Secũdo oñdit quõ amare ⁊ amari ſe habeãt ad
amicitiã.ibi.Multi aũt vident͛ ⁊c̃.Circa primũ
tria facit. Primo oñdit quõ p̃dicte amicitie cõ-
ſeruant͛ ꝑ hoc ꝙ ſibi inuicē exhibent que oꝫ.Se
cũdo oñdit ꝙ iſta conſiderant͛ ſm analogiam.
ibi. Analogon autē ⁊c̃. Tertio oñdit quõ hoc
diuerſificandũ competat iuſticie ⁊ amicitie.ibi.
Nõ ſilr aũt ⁊c̃. dicit ergo primo ꝙ in his amici
tijs nõ fiũt eadem ab vtraq; ꝑte amicoꝝ neq; ēt
oꝫ eadem requirete q̃ aliquis facit. filius non oꝫ
requirere a patre reuerentiã quã ei exhibet ſicut
in p̃dictis amicitijs ꝓ delectatione requirebat͛
delectatio.⁊ ꝓ vtilitate vtilitas.ſed qñ filij exhi
bent parentibus que oꝫ exhibere principijs ſue
generationis ⁊ parentes exhibent filijs . que oꝫ
exhibere a ſe genitis.nam talium amicitia erit ꝑ
manſiua ⁊ epyches.i.virtuoſa. Deinde cũ di-
cit.Analogum autē ⁊c̃. oſtēdit qualiter exhibea
tur qđ oportet in his amicitijs.⁊ dicit ꝙ in om
nibus amicitijs que ſũt ſm ſupabũdantiã vni⁹
ꝑſone ad aliam oportet fieri amationē ſm pro-
portionem.vt.ſ.melius plus ametur q̃ꝫ amet. ⁊
ſimilis ratio eſt de vtiliori ⁊ delectabiliori vel
qualitercunq; alicui excellentiori cum vterq;
ametur ſm dignitatē tunc fiet quedã qualitas.
ſ.proportionis que videt͛ ad amicitiã ꝑtinere.
Deinde cũ dicit. Nõ ſiliter autem ⁊c̃. oſten-
dit quomodo h̃ diuerſificãdũ cõueniat iuſticie
⁊ amicitie. Et primo ponit differentiã.Secũdo
manifeſtat ꝑ ſignum.ibi. Manifeſtuꝫ autē ⁊c̃.

Tertio ſoluit quandā dubitationeꝫ. ibi. Et vnde dubitaꝛ ⁊c̄. Dicit ergo primo ꝙ equalitas ⁊ ꝓportio que ſꝫ dignitatē attendiꝛ nō ſimiliter ſe habet in iuſticia ⁊ amicitia. nam ſicut. ſ̄. in quīto dictū eſt circa iuſticiā oꝫ ꝙ primo attenditur vel eſtimetur dignitas ſm ꝓportionem. ⁊ tunc fiet cōmutatio ſꝫ equalitatē. ſꝫ ī amicitia oꝫ ecōuerſo ꝙ primo attendaꝛ aliqua equalitas inter ꝑſonas mutuo ſe amantes. ⁊ ſecūdo exhibebaꝛ vtriqꝫ qđ eſt ſm dignitatē. ⁊ huꝰ diuerſitatis rō eſt quia amicitia eſt quedā vnio ſiue ſocietas amicoꝝ que nō poteſt eſſe inter multum diſtantes. ſed oꝫ ꝙ ad equalitatem accidant. vnde ad amicitiā ꝑtinet equalitate iā conſtituta equaliter vti ſed ad iuſticiā pertinet inequalia ad eq̄litatem reducere. equalitate autē exiſtente ſtat iuſticie opus. ⁊ ideo equalitas eſt vltimū in iuſticia. ſed principiū in amicitia. Deinde cum dicit. Manifeſtū autē ⁊c̄. manifeſtat qđ dixerat ꝑ ſignū. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit ſignum ⁊ dicit ꝙ hoc qđ dictū eſt ſm ꝙ eq̄litas requiraꝛ primo in amicitia manifeſtuꝫ eſt ꝑ hoc ꝙ ſi ſit multa diſtātia vel virtutis vel malicie vel cuiuſcūqꝫ alterius nō remanēt homīes amici neqꝫ dignuꝫ reputatur qꝫ aliqui habeant amicitiā cum his qui a ſe multū diſtant. Scđo ibi. Manifeſtū aūt ⁊c̄. Ponit triplex exempluꝫ. Primo quidē de his qui plurimū ſuperexcellunt homines in omnibus bonis. vnde nō hñt amicitiaꝫ cū hominibus. vt. ſ. conuerſenꝛ ⁊ cōtinuāt cū eis. vocāt autē eos more gentiū ſubſtantias ſeꝑatas. Secundū aūt exemplū ponit de regibꝰ quorum amicitia nō fere putant dignos illi qui multum ab eis deficiūt. Tertiū exemplum poīt de optimis ⁊ ſapientiſſimis viris quibꝰ nō fiūt amici illi qui ſūt oīno indigni. Tertio ibi. Certā quidē ⁊c̄. Rñdet tacite q̄ōni. poſſet enī aliquis querere ī quāta poſſit amicitia ſaluari. ⁊ in quāta nō. ſed ipſe rñdet ꝙ in talibꝰ nō pōt dari certa determinatio. ſed in hoc generali ſufficit ſcire ꝙ multis ablatis que inſūt alij adhuc remanet amicitia. ⁊ ſi multū diſtent homines puta ſicut a deo nō adhuc remanet talis amicitia de qua loquimur. Deinde cū dicit. Et dubitaꝛ ſoluit quandā dubitationē incidentē. ⁊ primo mouet eam ⁊ dicit ꝙ ex predictis dubitatur vtrū amici velint ſuis amicis maxima bona puta eſſe deos vel reges aut virtuoſiſſimos ⁊ videꝛ ꝙ nō. quia iam nō remanebūt eis amici. ⁊ ita ꝑdent ipſi magna bona. ſ. ipſos amicos. Secūdo ibi Si itaqꝫ. ſoluit predictā dubitationē. dupl'r primo quidē quia cum dictū eſt. ſ̄. ꝙ amicus vult bona amico eius gratia oportet ſupponere ꝙ habitis illis bonis ille ipſe remaneat qualitercūqꝫ eſt. vult. n. maxima bona amicus amico tanq̄ꝫ exiſtenti homini nō tanq̄ꝫ trāſlato ad deos. Secundā ſolutioneꝫ nō ponit ibi. Forte aūt ⁊c̄. ⁊ dicit ꝙ amicus vult bona amico nō magis q̄ꝫ omnibꝰ alijs quia vnuſquiſqꝫ vult maxime ſibi bona per que ipſe perdet amicū quod eſt magnū bonum.

Ulti autē videnꝛ ⁊c̄. Poſtq̄ꝫ phꝰ poſuit ꝙ amicitia inequaliū ꝑſonarū ſaluatur ſm hoc ꝙ amare ⁊ amari ꝓportionabiliter hic oñdit qualiter amari ⁊ amare ſe habeāt ad amicitiā. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit ꝙ amare magis ꝓpriū eſt amicitie q̄ꝫ amari. Secūdo oñdit ꝙ ꝑ hoc qđ eſt amare ſm dignitatē ſeu ꝓportionabiliter amicitia conſeruatur. ibi. Magis aūt amicitia ⁊c̄. Circa primū tria facit. Oſtēdit qualiter aliqui magis volunt amari q̄ꝫ amare. Secūdo compat id qđ eſt amari ei qđ eſt honorare. ibi. Nō ꝓpter ſeipſū auteꝫ ⁊c̄. Tertio oñdit ꝙ amare magis ꝓprium ē amicitie q̄ꝫ amari ei qđ eſt honorare nō ꝓpter ſeipſuꝫ aūt ⁊c̄. Tertio oñdit ꝙ amare magis ꝓpriū eſt amicitie q̄ꝫ amari. ibi. Uideꝛ auteꝫ in amari magis ⁊c̄. Circa primū tria facit. Primo ꝓpoīt quod intēdit. ⁊ dicit ꝙ multi videnꝛ magis velle amari q̄ꝫ amare. ⁊ hoc quia ſūt amatores honoris. ꝑtinet enim ad excellentiores quibus debetur honor ꝙ magis amētur q̄ꝫ ament. Secūdo ibi. Propter qđ amatores ⁊c̄. ꝓbat quod dixerat ꝑ ſignum. ex hoc enim ꝙ multi magis volunt amari q̄ꝫ amēt. ꝓcedit ꝙ multi ſūt amatores adulationis qui. ſ. delectanꝛ in hoc ꝙ aliq̄s eis adulatur. adulator enī nihil in rei veritate ē amicus ſuperexceſſus quia minor adulari vel adulando aliq̄s fingit ſe taleꝫ. ⁊ ꝙ magis amet q̄ꝫ amaꝛ. Tertio ibi. Amari aūt ⁊c̄. exponit quoddā quod dixerat. ꝙ. ſ. ꝓpter amorem honoris contingat ꝙ homo velit magis amari q̄ꝫ amet. ⁊ dicit ꝙ amari videꝛ eſſe ꝓpinquū ei qđ eſt honorari qđ deſideraꝛ a multis. honor enī eſt quodam bonitatis eius qui honoraꝛ. amatur enim vnūquodqꝫ qđ eſt bonū vel apparens bonum.

Deinde cum dicit. Nō ꝓpter ſeipſū autē ⁊c̄. compat id quod eſt amari ei qđ eſt honorari. ⁊ circa hoc tria facit. Primo oñdit quare aliqui volunt honorari. ⁊ dicit ꝙ homines videnꝛ deſiderare honorem nō propter ipſuꝫ honorē. ſed per accidens. a duobus enī generibus hominuꝫ maxime querūt homines honorari. multi enim gaudent ſi honorenꝛ a potentibus. nō propter ipſum honorem: ſed propter ſpem quā inde cōcipiunt. exiſtimant ab his quibus honoranꝛ ſe adopturos aliquid quo indigent. ⁊ ita gaudent de honore. q. de quoda ſigno bone paſſionis. i. bone affectionis honorantiū ad eos qui cōmuniter ſunt qui appetunt honorē ab epyicbibus i. a virtuoſis. ⁊ ſic quia ꝑ hoc appetunt ſirmare ꝓpriam opinionem de ſua bonitate. ⁊ ita per ſe gaudent de eo q. decernēdo iuditio proboꝝ qui hoc ipſo eos honorant. videntur dicere eos eſſe bonos. Secūdo ibi. In amari auteꝫ ⁊c̄. docet ꝙ homines de hoc ꝙ amantur etiam ſm ſeipſum ꝙ eſt habere amicos videꝛ eſſe ꝑcipuū inter exteriora bona. Tertio ibi. Propter qđ videꝛ ⁊c̄. concludit ꝓpoſitum quare nō id qđ eſt per ſe ē



potius eo qđ eſt ꝑ accidens. ſequiꝛ ex premiſſis ꝙ amari ſit melius eo qđ eſt honorari inquantum amicitia eſt ſm ſe eligibilis. Deinde cum dicit. Uideꝛ autem ⁊c̄. oſtendit in quo cōſiſtat magis amicitie virtus vtruꝫ in amare vel ī amari. ⁊ dicit ꝙ magis conſiſtat in amare. amicitia enim diciꝛ ꝑ modum cuiuſdam habitus: ut. ſ̄. oſtenſum eſt. habitus autē determinaꝛ ad operationes. amare autem eſt bñ operari. amari aūt eſt potius ꝙ bñ opati. vnde magis eſt propriuꝫ amicitie amare q̄ꝫ amari. ⁊ hoc manifeſtat per quoddā ſignum. matres enim quarum eſt vehemens amicitia ad filios delectanꝛ magis ī hoc ꝙ ament filios q̄ꝫ ꝙ amenꝛ ab eis. quedam enī matres dant ſuos filios alijs ad nutriendum ⁊ ſcientes eos eſſe filios continēt eos nō tñ multum querūt ꝙ ab eis reamenꝛ. ſed hoc fieri non poteſt: ſed videꝛ eis ſufficere ꝙ ſuadeāt ꝙ bene agant ⁊ bene ſe habeant. ⁊ ita amant filios q̄ꝫuis ipſi nō poſſunt attribuere matri conuenientem amorem ꝓpter ignorantiā ꝫ. ſ. ignorant eaſ eſſe matres. Deinde cū dicit. Magis autē ⁊c̄ oſtendit quō amicitia ſit ꝑmanſiua ſm hoc qđ eſt amare ꝓportionaliter. Secūdo compat quātū ad ꝑdicta diuerſas amicitie ſpecies. ibi. Maxime quidem eorū ⁊c̄. Dicit ergo primo ꝙ cum amicitia magis conſiſtat in amare q̄ꝫ in amari. amici laudanꝛ ex hoc ꝙ amant nō eo ꝙ amanꝛ hec enim eſt laus amantiū. ⁊ qꝛ vnuſquiſqꝫ laudatur ſm ꝓpriam virtutē conueniēs eſt ꝙ amatoris virtus attendaꝛ ſm hoc ꝙ eſt amare ⁊ idō in quibuſcunqꝫ hoc conuenit ꝙ ament amicos ꝓpter ꝓportionē dignitatis eoꝝ tales ꝑmanent amici ⁊ eoꝝ amicitia eſt ꝑſeuerans. ſic enim dū ſe inuicem ament ſm ſuā dignitatem. etiam illi qui ſūt inequalis conditionis poterūt eſſe amici. qꝛ ꝑ hoc equabunꝛ dū vnus eoꝝ quo magis deficit in bonitate aut in quacūqꝫ excellētia eo plus amat. ⁊ ita habundantia amoris recompenſat defectum conditionis. ⁊ ſic ꝑ quandam equalitatē ⁊ ſilitudinē que ꝓprie ꝑtinet ad amicitiam fiunt ⁊ ꝑſeuerant amici. Deinde cum dicit. Et maxime quidē ⁊c̄. compat diuerſas amicitie ſpecies ſm ꝑdicta. Et primo oſtendit ꝙ amicitia ſit maxime ꝑmanſiua: ⁊ dicit ꝙ ſimilitudo que eſt amicitie factiua ⁊ cōſeruatiua maxime videꝛ eſſe inter virtuoſos. ipſi enī ⁊ ꝑmanent ſimiles in ſeipſis. qꝛ nō de facili mutantur ab vno in aliud ⁊ ꝑmanent etiā in amicitia ad inuicē. ⁊ hoc idō. quia vnus eoꝝ nō indiget ꝙ aliquis ꝓ eis faciat aliquid prauū qđ eſſet contra facientis virtutē. ⁊ neuter eorum ſic alteri ſeruit de aliquo prauo oꝫ ſi pōt dici ꝙ inter virtuoſoſ ſit aliquid prauū. magis vnus eoꝝ ꝓhibet alteꝝ praue opari. ad bonos enim pertinet ꝙ neqꝫ ipſi peccent neqꝫ ſuſtineant qđ amici peccata exhibent. Secūdo ibi. Mali autē ⁊c̄. oſtendit ꝙ amicitia ſit ⁊ minime ꝑmanſiua. ⁊ dicit ꝙ hoīes mali nō habent aliquē finem ſtabilē in ſeipſis. quia. n. malicia cui īſiſtūt eſt ſm ſeipſā odibilis ⁊ ita affectus varietur dum nihil inueniunt in quo voluntas eoꝝ q̄eſcere poſſit. ita neqꝫ ſibiipſis diu ꝑmanent ſimiles. ſed volunt contraria eoꝝ que prius voluerūt ⁊ ſic ad paucū tempꝰ fiunt amici. q̄ꝫdiu ſcilicet gaudent malicia in qua cōcordent. Tertio ibi. Utilis autem ⁊c̄. oſtendit q̄ amicitie circa hoc medio modo ſe habeant. Et dicit ꝙ amici vtiles ⁊ delectabiles ſibi inuicem magis ꝑmanent in amicitia q̄ꝫ mali. vtilitas enī ⁊ delectatio ſe habet vnde amenꝛ vnde tñ datur amicitia q̄ꝫdiu mutuo ſibi tribuunt delectationes vel vtilitates ſecus etiam eſt de his qui ſunt amici ꝓpter maliciam que ſm ſe amabilitatis nihil habent. Deinde cum dicit. Ex contrarijs autem ⁊c̄. determinat de amicitia contrariorū ad inuicē. Et primo oſtēdit in qua ſpecie amicitie hoc cōueniat ꝙ videatur eſſe amicitia inter contraria. Secūdo oñdit quomodo cōtrarium appetat ſuum contrariū. ibi. Forte autem ⁊c̄. Circa primum tria facit. Primo oſtendit ꝙ huiꝰ contrarietas amicoꝝ maxime videꝛ eſſe ꝓpter vtilitatē inquantū. ſ. vnus amicorum appetit ab alio id quod ipſe indiget. redonat enim aliquid aliud ſicut pauper appetit conſequi diuitias a diuite ꝓ quibus impendit obſequium. Secūdo ibi. Hoc autem vtiqꝫ ⁊c̄. oſtendit quō ⁊ hoc poſſit ꝑtinere ad amicitiam delectabileꝫ ⁊ dicit ꝙ ad hunc modū amicitie poteſt etiam quis attrahere amorem venereum quo amator amat amatuꝫ. eſt enim qñqꝫ contrarietas ſicut inter pulchrum ⁊ turpe. in amicitia autem que eſt ꝓpter virtutem nullo modo habeꝛ contrarietas. quia in tali amicitia eſt maxima ſimilitudo ut. ſ̄. dictuꝫ eſt. Tertio ibi. Propter quod videnꝛ ⁊c̄. infert quoddā correlariū ex dictis ⁊ dicit ꝙ quia inter amatorem ⁊ amatū eſt quādoqꝫ contrarietas ſicut inter turpe ⁊ pulchrum. ideo ꝙ qñqꝫ videnꝛ derideri amatores qui reputant ſe dignos ut tantū amenꝛ q̄ꝫ ament. qđ quideꝫ dignū eſt ſi equaliter ſint amabiles. ſed ſi nihil habeant tale quo ſi ſint digni tantū amari. ridiculum eſt ſi hoc querunt. Deinde cum dicit. Forte autem ⁊c̄. oſtendit quō contrariū appetit ſuū contrariū. ⁊ dicit ꝙ hoc nō eſt ſm ſe ſed ſm accidens. ꝑ ſe enim appetitur mediū quod eſt bonū ſubiecto qđ afficitur ꝑ vnum contrariuꝫ exceſſiu. puta ſi corpus alicuius hominis ſit valde ſiccum. non eſt bonum ⁊ appetibile fieri humidū ꝑ ſe loquendo. Sed venire ad mediuꝫ qđ accidit ſuperueniente humido. ⁊ eadem ratio eſt de calido ⁊ huiꝰ contrarijs. ⁊ quia hec magis pertinent ad phiſicam conſiderationem idō dicit hec eſſe pretermittenda.

u Idetur autem queādmoduꝫ in principijs ⁊c̄. Poſtq̄ꝫ phs tetigit diuerſas ſpecies amicitiarū que ſunt inequaliū ꝑſonarū. Hic diſtinguit huiꝰ ſpecies ſm ꝓprias rationes earū. Et circa hoc duo facit. Primo oſtēdit

ꝙ hiꝰ amicitiarũ ſpecies ſm diſtinctiones con/
ſequunť pollitias cõmunicationes. Secundo
diſtinguit amicitiaruꝫ ſpecies ſm diſtinctiones
politicarũ.ibi. Politice autẽ ſunt tres. Circa pri
mum ponit talẽ rõnẽ.omnis amicitia in cõmu/
nicatione conſiſtit. omnis cõmunicatio reduci
tur ad politicã: ergo omnes amicitie ſm politi/
cas cõmunicationes ſunt accipiende Circa hoc
ergo tria facit. Primo ꝓbat primũ. Secũdo ſe/
cundũ ibi.cõmunicationes autẽ omnes. Tertio
concluſionem ibi. Omnes itaqꝫ cõmunicatiões
⁊c. Circa primũ duo facit. Primo oſtendit ꝙ a
micitia omnis in cõmunicatione conſiſtit. Se/
cundo oſtendit ꝙ amicitia ſm diuerſitatem cõ
municationis diuerſificať.ibi. Sũt autẽ fratri/
bus ⁊c. Primũ oſtendit tripliciter. Primo qui/
dem ꝑ rõnem que talis ſicut.ſ.dictum eſt circa
eadẽ eſt iuſticia ⁊ amicitia. ſed iuſticia conſiſtit
in cõmunicatione qualibet.eſt enĩ iuſticia ad al
terum vt in quinto dictum eſt . ergo ⁊ amicitia
in cõmunicatione conſiſtit. Secũdo ibi. Appel
lat igiť ⁊c . oſtendit ideꝫ ex vſu loquendi homi
nes conſueuerũt appellare amicos eos qui ſm
aliquã cõmunicationem ſibi cõmunicant.puta
cõnauigatores qui cõmunicant in militia.⁊ ea
dem ratio eſt in alijs cõmunicationibus qꝛ tan
tũ videtur eſſe amicitia inter aliquos inquantũ
ſibi cõmunicant.quia ⁊ ſm hoc eſt etiam inter
eos iuſticia. Secũdo ibi. Et ꝓuerbiũ ⁊c. Probat
idem ꝑ cõmune ꝓuerbiũ vulgo enĩ diciť ꝙ ami
citia in cõmunicatione conſiſtit. Deinde cũ
dicit. Sunt autẽ fratribus ⁊c.oſtendit ꝙ ſm di
uerſas cõmunicationes differũt amicitie. Et cir
ca hoc tria facit. Primo oſtendit diuerſitatem
amicitiarũ ſm diuerſitatẽ cõmunicationis.vide
mus enĩ ꝙ fratribus ⁊ ꝑſonis ita cõiunctis ſũt
omnia cõmunia puta domus menſa ⁊ alia hꝰ.
alijs autẽ amicis ſunt quedã diſcreta ⁊ quibuſ/
dã plura ⁊ qbuſdã paucioza. ⁊ ſm amicitiã ꝗdã
ſũt maiores.ſ.int̃ illos q̇ hñt plura cõia ⁊ quedã
amicitie ſũt mĩores vt q̃ ſũt inť illos q̇ ĩ paucio/
ribus cõmunicant. ⁊ ex hoc maxĩe apparet ꝙ ſi
nulla eſſet cõmunicatio nõ poſſet eſſe amicitia.
Secũdo ibi. Differunt autem ⁊c.oſtendit ꝙ iu/
ſticia diuerſificať ſm diuerſas cõmunicationeſ
nõ enĩ idẽ eſt iuſtũ in qualibet cõmunicatione
ſed differens ſicut pꝫ nõ idem eſt iuſtũ inter pa
treꝫ ⁊ filios ⁊ inter fratres ad inuicẽ. ⁊ ſimiliter
aliud eſt iuſtum inter ehaycos. id ẽ coetaneos
⁊ inter tales qꝛ alia ſibi mutuo tanq̃ debita ex/
hibent. ⁊ idẽ rõ eſt in alijs amicitijs. ⁊ ſic patꝫ ꝙ
altera iuſta ſũt inter ſingulos p̃dictoꝝ. Secũdo
ibi. Et augmentationẽ ⁊c. oñdit quõ iuſticia di
uerſificať ſm dr̃iam amicitie. ⁊ dicit ꝙ iuſticia
⁊ iniuſticia accipiũt augmentũ ⁊ hoc ꝙ ſunt ad
magis amicos. qꝛ ſ. magis amico hñfacere ẽ deꝫ
iuſticia. neceſſe aũt iniuſticia ſicut ꝙ aliq̇s ꝓuet
pecunijs ꝑ furtũ aut rapinã hoieꝫ ſibi familiarẽ
⁊ cõnutritũ ẽ durius ⁊ iniuſtius q̃ ſi priuaret

ciueꝫ ⁊ ſiſr ſubtrahat auxiliũ fratri q̃ ſibi ſubtra
het extraneo ⁊ ſi percutiat patrem. q̃ꝫ ſi percu/
tiat quẽcunqꝫ aliũ. qð aũt ſimľ auget amicitia
⁊ iuſtũ ꝓcedit ex hoc qð in eiſdẽ exiſtũt. ⁊ vtrũ/
qꝫ ꝑtinet ad quandã equalitatẽ cõmunicatiõis
⁊ ꝑ hoc ſignũ confirmať qð.ſ.dictũ eſt. De/
inde cũ dicit. Cõmunicationes aũt oẽs ⁊c. oñ/
dit ꝙ oẽs cõicationes ad politicã cõicationem
reducenť. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit
ꝙ omnes cõmunicationes ſimilitudinẽ habẽt
cũ cõmunicatione politica. Secũdo oſtendit ꝙ
omnes cõmunicationes alie cõueniẽt ſub po/
litica ibi. Alie quidẽ igitur ⁊c. Dicit ergo primo
ꝙ oẽs cõmunicationes habent aliquã ſimilitu
dinem cum ꝑtibus politice cõmunicationis. vi/
demus enĩ ꝙ oẽs cõmunicantes cõueniunt in
aliquo vtili.ad hoc.ſ.ꝙ acquirũt aliquid eorum
qui ſũt neceſſaria vite. ⁊ hoc etiaꝫ videť habere
politica communicatio quia propter vtilitatem
communeꝫ videntur ciues ⁊ a principio ſimul
cõueniſſe. ⁊ in hoc ꝑſeuerare qð patet ex duobꝰ
Primo quidẽ quia legiſlatores ad hoc maxime
tendere videnť ut ꝓcurent vtilitatem cõmuneꝫ
Et ſecũdo quia hoies hoc dicunt hic eſſe iuſtuꝫ
in ciuitate ꝙ cõmuniter ciuibus confũt. De/
inde cũ dicit. Alie quidem igitur ⁊c.oſtendit ꝙ
alie communicationes ſub politica conueniunt
Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit quõ que/
dã aliarũ cõmunicationũ ordinanť ad aliquam
ꝑticularẽ vtilitatem. ⁊ dicit ꝙ cõmunicationes
alie preter politicã intendunt aliquod ꝑticulare
conueniens puta ꝙ connauigantes intendunt
acquirere pecuniam ſi ſint mercatores vel ali/
quid aliud huiuſmodi ſicut ciuitateꝫ aliquam ſi
ſint bellatores vľ illud propter qð eſt bellum. ſi/
ue hoc ſit pecunia ſiue ſola victoria ſiue domi/
niũ alicuius ciuitatis. ⁊ ſic etiã illi qui ſũt vnius
tribus ad aliquod particulare cõmodum cõue/
niunt. Secundo ibi. Quidẽ autẽ ⁊c. oſtẽdit qð
etiã cõmunicationes que videnť fieri ꝓpter de
lectationem fiunt propter aliquod vtile. ⁊ dicit
qð quedã cõmunicationes videnť fieri propter
delectationẽ ſicut concorreantiũ.i.eoꝝ qui ſimľ
cantant in choro vel corea ⁊ eraniſtorũ.i. eoruꝫ
qui vtunť ſonis ereorũ inſtrumentorum. puta
cimbis aut cimbalis. huiuſmodi aũt cõmunica/
tiones conſueuerunt fieri cauſa ſacrificij ut ibi
delectabiliꝰ hoies detineantur. ⁊ cauſa cõnubij
ſ.nuptiarũ.ut vir ⁊ vxor magis hñt delcõeꝫ cũ ĩ
tanta iocunditate cõmunicant. Tertio ibi. Dici
mus autem ⁊c.oſtendit ex premiſſis qð omnes
alie cõmunicationes predicte ſub politica con/
tinenť. ⁊ dicit qð omnes conſueuerũt eſſe ſub
politica inquantũ.ſ.conſuetũ eſt qð omnes per
politicaꝫ ordinanť. ⁊ huius rõnem aſſignat qð
alie cõmunicationes ſicut dictũ eſt ordinanť ꝑ
ꝑticularẽ vtilitatem. politica autẽ non intendit
aliquod particulare ⁊ preſens cõmodũ. ſed intẽ/
dit ad id quod eſt vtile per totam vitam. ⁊ hoc



ſpecialiter oñdit circa cõicatiões delectantiũ ⁊
maxime in ſacrificijs de quibus minus videť
⁊ dicit quod illi qui faciunt ſacrificia in hꝰ
cõgregationibus intendũt honorem tribuere
deo ⁊ ſibiipſis acquirere requiem cum aliqua
delectatione ꝙ ordinatur ad vtilitatem vite.
vnde ⁊ apud antiquos poſt collectionem fru
ctuum.ſ.in autumno primitias. hoc erat eniꝫ
tempus aptum ad hoc ꝙ homines vacarẽt cũ
vt requieſcerent a precedentibus laboribꝰ cuꝫ
quia ſuppetebat eis copia victualiuꝫ. ⁊ ſic pa
tet ꝙ omnia iſta ſubduntur ordĩatõi politice
quaſi pertinentia ad vtilitatem vite. Dein/
de cum dicit. Omnes itaqꝫ cõmunicationes
⁊c. inducit concluſionem intentam videlicet
ꝙ omnes cõmunicationes continenť ſub po
litica ſicut ꝗdã ꝑtes eiꝰ inquãtum alie ordinã
tur ad quedam particularia cõmoda politica
ãt ad cõmunẽ vtilitatem. ⁊ quia amicitie con/
ſequẽter ſe habent ad tales cõicationes cõue/
niens eſt etiã ꝙ amicitiarũ diſtinctio ſm poli
ticã attendatur.

P Olitice autem ſunt ſpecies tres ⁊c.
Poſtq̃ philoſophus oſtendit ꝙ a/
micitie ſpecies reducuntur ad poli/
ticam cõmunicationem. hic diſtinguit eas ſꝫ
diſtinctionem politice cõmunicationis. Et cir
ca hoc duo facit. Primo diſtinguit amicitia/
rum ſpecies ſcðm diſtinctionem politice cõi/
cationis. Secundo ſubdiuidit huiuſmodi ami
citie ſpecies ibi. In cõicationẽ quidem igitur
⁊c. Circa primũ duo faci . Primo diſtinguit
politicam cõmunicationem ad inuicem. Se/
cundo diſtinguit ſm eas amicitiarum ſpecies
ibi. Scðm vnãquãqꝫ autem ⁊c. Circa primuꝫ
duo facit. Primo diſtinguit ſpecies cõmuni/
cationum politice. Secundo ad earum ſimili/
tudineꝫ aſſignat ſpecies cõmunicationis yco
nomice. ibi. Similitudines autem ⁊c. Circa
primũ tria facit. Primo aſſignat ſpecies poli/
ticiarum. Secundo cõparat eas ad inuicem.
ibi. Harum auteꝫ ⁊c. Tertio oſtendit quomo/
do cõparantur. ibi. Tranſgreſſio autem regni
⁊c. Dicit autem primo. quod tres ſunt ſpecies
⁊ totidem ſunt corruptiones ſiue tranſgreſſi/
ones earum quidem politice ſunt tres ſcilicet
regnũ ꝙ eſt principatꝰ vnius aliud auſtocra/
thia que poteſtas optimorum eo quod huiuſ
modi ciuilitas per virtuoſos gubernatur. vide
tur autem coueniens ꝙ ſit quedam alia ſpeci
es . licet quidam eam non ponant vt patet in
quinto politicorum que conuenienter no/
minatur tymocrathia a tymos. tymos enĩ pre
cium dicitur que videlicet in hac politica pre/
cia dantur pauperibus ⁊ damna inferunt di/
uitibus ſi non conueniant ad politicas con/
gregationes vt patet in quarto politice. quidã
autem conſueuerunt eam vocare cõmuni no
mine politicam eo ꝙ eſt cõmune diuitibus ⁊

pauperibus vt patet in quarto politice. De/
inde cum dicit. Horum autem ⁊c. cõparat hu
iuſmodi politicias ad inuicem. ⁊ dicit ꝙ inter
eas optima eſt regnum in quo vnus optimus
principatur. peſſima auteꝫ id eſt minus bona
eſt tymocrathia vbi plures mediocres princi
pantur quorũ tñ non eſt tantum poteſtas ad
bene agendum ſicut vnius optima agentis ha
bentis plenitudinem poteſtatis. Deinde
cũ dicit. Tranſgreſſio autem ⁊c. agit de corru
ptione ſiue tranſgreſſione predictarum politi
ciarum. Et primo de corruptione regni. Secũ
do de corruptione ariſtocrathie. ibi. Et ariſto/
cratia autem ⁊c. Tertio de corruptione demo
crathie. ibi. Ex timocrathia auteꝫ ⁊c. Circa pri
mum duo facit. Primo quidẽ proponit quod
intendit. ⁊ dicit quod tranſgreſſio ſiue corru/
ptio regni vocatur tyrãnis. ⁊ hoc manifeſtat
primo quidem per hoc quod ambo conueni/
unt. ambo enim ſunt monarchie. i. principatꝰ
vnius. ſicut enim in regno principatur vnus
ita ⁊ in tyrannide. Secundo aſſignat differẽ/
tiam eorum ad inuicẽ. ⁊ dicit ꝙ plurimũ dif/
ferunt. ⁊ hoc apparet ꝙ ſunt contraria. cõtra/
ria enĩ ſunt que plurimũ differunt. ⁊ in eodeꝫ
genere. hanc autem differentiam manifeſtat
dicens ꝙ tyrannus intendit in ſuo regimine
ꝙ eſt vtile ſibiipſi . rex autem intendit ꝙ eſt
vtile ſubditorum. ⁊ hoc probat quod non po/
teſt vere dici rex qui nõ per ſe ẽ ſufficiens ad
regendum vt ſcilicet ſit ſuperexcellens in om
nibus ⁊ anime ⁊ corporis ⁊ exteriorũ reruꝫ vt
ſit dignus ⁊ potens ad principandum cũ au/
tem talis ſit non indiget aliquo. ⁊ ideo non in
tendet ad vtilitatem ſuam que eſt indigentiũ
ſed ad hoc ꝙ bene faciat ſubditis ꝙ eſt ſuper
habundantium. ille enim qui non eſt talis ſci/
licet ſuperexcellens in omnibus bonis magis
põt dici clerotes. q. ſorte aſſumptus ad princi
pandum q̃ rex. tyrannus ſe habet per ɔtrariũ
ad regẽ. quia querit bonũ ſibi vnde pꝫ ꝙ ipſa
corruptio eſt peſſima. peſſimũ enĩ eſt cõtrariũ
optimo tranſgreditur aũt aliquis ex regno ꝙ
eſt optimũ. Sicut dictum eſt in tyrãnidi que
nihil eſt aliud q̃ prauitas monarchie ⁊ prici/
patus vnius ⁊ rex qñ ſit malus diciť tyrannꝰ
vnde patet ꝙ tyrannis eſt peſſima Deinde
cũ dicit. Et ariſtocratia ⁊c. agit de corruptio/
ne ariſtocrathie. ⁊ dic̃ ꝙ ariſtocrathia ſit trãſ/
greſſio in oligarthiaꝫ que eſt principatus pau
corum ⁊ hoc propter maliciam eorum q̇ prin
cipantur qui bona ciuitatis non diſtribuunt
ſcðm dignitatem. ſed omnia bona ciuitatis
vel plurima eorum vſurpant ſibiipſis ⁊ quod
principatus eodem conferunt hoc plurimũ in
tendentes vt ditentur ipſi ⁊ amici eorum et ex
hoc contingit ꝙ loco maxime virtuoſorũ qui
preſunt ariſtocrathie pricipanť pauci ⁊ mali.

Deinde cū dicit. Ex timocrathia āt ⁊c̄. agit de coꝛruptiōe timocrathie. ⁊ dicit ꝙ coꝛrūpit in democrathiā que eſt ptās populi. ambe.n. hee politie ſunt conſ̄iales.i.vicine. aſſimulant enim in duobus. Primo quidem quia etiam tymocrathia que eſt poteſtas p̄cioꝝ eſt principatus multitudinis ſicut ⁊ democrathia. Secūdo quia in vtraq₃ politicia omnes qui ſunt in honoꝛibus conſtituti ſunt equales. differūt autē quia in timocrathia intendit cōe bonū₃ paupeꝝ. vnde minima peruerſitas ē democrathie.. paꝝ enī recedit a timocrathia que eſt recte politice ſpecies. cōcludit igitur ꝙ politice maxime tranſmutant inuicem. ⁊ ita de facili coꝛrumpunt ſicut predictū₃ eſt. Deinde cū dicit. Similitudines autē ⁊c̄. diſtinguit ſm̄ p̄dictoꝝ ſimilitudinē inter politicas ⁊ iconomicas. Et pꝛimo oſtendit quid in hijs rn̄deat regno ⁊ tyrannidi. Secundo q̄d auſtocrathie ⁊ oliarthie. ibi. Uiri aūt ⁊ vxoris ⁊c̄. Tertio ꝙ tymocr̄thie ⁊ democrachie. ibi. Thimocrathicus aūt ⁊c̄. Circa pꝛimū tria facit. Pꝛimo ꝑponit quod intendit. ⁊ dicit ꝙ ſimilitudo ⁊ exemplū p̄edictarū politicarum poteſt accipi in rebus domeſticis. Secūdo. ibi. Patris q̄dem enim ⁊c̄. oſtendit quid in hi⁹ reſpōdeat regno. ⁊ dicit ꝙ cōicatio que eſt inter patrem ⁊ filios habet ſimilitudinem regni. quia pater habet curam filioꝝ. ſicut rex ſubditoꝝ. ⁊ inde eſt quod omerus iouē ꝓpter regiā poteſtatē appellauit patrē. principatus enim patris in domo eſt quaſi quoddam regnū. Secūdo ibi. In perſis autē ⁊c̄. oſtendit quid reſpondeat ī domib⁹ tyrānidi. ⁊ ponit duos modos. Quoꝝ vnus ē ſ₃ qd̄ apud perſas patres ſe habent ad filios qui vtuntur filijs quaſi ſeruis. Secūd⁹ autē modus eſt quo domini ſe habent ad ſeruos quia vtunt intendendo ad ſui ipſoꝝ vtilitatem. hi autē duo modi differūt. nam vnus magis vr̄ eſſe rectus quo.ſ. ꝙ dn̄i vtūt ſeruis ad ſuam vtilitatē. alius autem eſſe peruerſus quo.ſ. patreſ vtuntur filijs quaſi ſeruis. opoꝛt₃ enim quod diuerſis aliquis diuerſimode pꝛincipet. vnde peruerſū ē ꝙ aliquis p̄ncipet ſiſt liberis ⁊ ſeruis. Deinde cu₃ dicit. Uiri autē ⁊ vxoris ⁊c̄. oñdit quid ī domibus reſpōdeat ariſtocrathie ⁊ ei⁹ oppoſito. Et circa hoc duo facit. Pꝛimo oſtendit quid reſpondeat ariſtocrathie. ⁊ dicit ꝙ principatus quo vir ⁊ vxoꝛ dominantur in domo eſt ariſtocrathicus. q̄a vir habet dominiū ⁊ curam circa ea que pertinent ad virū ſm̄ ſuam dignitatē ⁊ dimittit vxoꝛi illa que pertinent ad eam. Secundo ibi. Omni autem ⁊c̄. ponit duos modos reſpōdētes oligarthie. quoꝝ vnus eſt quādo vir vult omnia diſponere. ⁊ nullius rei dominiū relinquit vxoꝛi. hoc enim non eſt ſm̄ dignitatem. nec ſm̄ quod melius eſt. alius autem modus eſt quando vxoꝛes totaliter pꝛincipant eo ꝙ ipſe ſunt heredes. ⁊ tunc pꝛincipatus non fit ſm̄ virtutem. ſed pꝛopter diuitias ⁊ potentiā ſicut accidit in oligarthijs. Deinde cū dicit Tymocrathicus autem ⁊c̄. oſtendit quid reſpondeat tymocrathie ⁊ eius oppoſito. Et pꝛimo quid reſpondeat tymocrathie. ⁊ dicit ꝙ pꝛincipatus quo fratres dominantur ī domo videtur eſſe tymocrathicus eo ꝙ fratres ſunt equales. niſi inquantū ſibi differūt ſm̄ etatem in qua ſi multum differant nō videtur frat̄na amicitia ſed quaſi paterna. Secundo ibi. Democrathia autem ⁊c̄. oſtendit quid reſpōdeat democrathie. ⁊ dicit quod quedam ſimilitudo democrathie eſt in habitatoꝛibus qui nō habent dominū. ſicut cum ſocij moꝛantur in hoſpitio ibi enim omnes ſunt equales. ⁊ ſi aliquis pꝛincipetur habet debilem pꝛincipatum ſicut qui pꝛeficitur ad expenſas faciendas. et vnuſquiſq₃ ſocioꝛum habet poteſtatem in domo. ſicut in democrathijs quilibet de populo habet poteſtatem quaſi ex equali ⁊ pꝛincipes parū poſſunt.

Ecundū vnamquāq₃ autē ⁊c̄. Poſtq₃ phus diſtinxit diuerſas ſpecies politice ⁊ yconomice. hic diſtinxit amicitiarum ſpecies ſm̄ pꝛedicta. Et circa hoc duo facit. Pꝛimo pꝛoponit quod intendit. ⁊ dicit ꝙ ſm̄ vnamquāq₃ vrbanitatem ⁊ politice oꝛdinem videtur eſſe quedam amicitie ſpecies accipienda eo quod in vnaquaq₃ politicia inuenitur aliquid iuſtum. amicitia autem ⁊ iuſtitia quodāmodo circa idem ſūt ut ſupra dictum eſt. Secūdo ibi. Regi q̄dē ⁊c̄. manifeſtat pꝛopoſitum. Et dicit pꝛimo quidem ad politicias rectas. Secundo quantum ad politicias peruerſas. ibi. Intranſgreſſionibus autem ⁊c̄. Circa primum tria facit. Pꝛimo oſtendit qualiter ſit amicitia ſm̄ regnum. Secundo qualiter ſm̄ ariſtocrathiam. ibi. Sed ⁊ viri ad vxoꝛem ⁊c̄. Tertio qualiter ſm̄ tymocrathiam ibi Intranſgreſſionibus autem ⁊c̄. Circa pꝛimu₃ duo facit. Pꝛimo oſtendit qualiter ſit amicitia inter regem ⁊ ſubditos. Secundo cōparat amicitiam paternam amicitie regali. ibi. Talis autem ⁊ paternā ⁊c̄. Dicit ergo pꝛimo quod inter rege₃ ⁊ ſubditos eſt amicitia ſuperhabūdantie ſm̄ rationem beneficij ſicut eſt beneficiantis ad beneficium pertinet enim ad rege₃ vt benefaciat ſubditis. Si enim ſit bonus habet curam ſubditos facere virtuoſos. vnde et nominatur ex hoc quod dirigit ſubditos ſicut paſtoꝛ oues pꝛopter quod homerus regem agamenonem nominauit paſtoꝛem populoꝝ. Deinde cum dicit. Talis autem et paterna etcetera. comparat paternam amicitiam regali. Et circa hoc quattuoꝛ facit. Pꝛimo comparat amicitiam paternam regali. et



dicit qd̄ amicitia paterna eſt talis.ſ. ſimilis regali. Secundo ibi. Differt autem ⁊c̄. oſtendit differētiam vtriuſq₃ amicitie. ⁊ dicit quod pꝛedicte due amicitie differunt ſm̄ magnitudinem benefactoꝝ quāuis.n. beneficium regis ſimplr̄ ſit maximū inquātu reſpicit totā multitudinē. tn̄ per cōpatōem ad vnam perſonam beneficiū patris ē maius. eſt.n. pater filio cauſa triū honoꝝ maximoꝝ. Pꝛimo enī generando eſt ſibi cauſa eſſendi ꝙ reputat eſſe maximū. Scd̄o educādo. Tertio eſt ſibi cā diſcipline. hoc autē nō ſolū illi tribuūt patrib⁹ reſpectu filioꝝ ſed etia₃ pꝛogenitoꝛibus id eſt auis ⁊ pꝛoauis reſpectu nepotū ⁊ pꝛonepotū. Tertio ibi. Et natura enim ⁊c̄. pꝛobat quod dixerat.ſ. quod talis ſit amicitia paterna ſicut ⁊ regalis naturaliter.n. pater principat filio. ⁊ ꝓgenitoꝛes nepotib⁹. ſicut ⁊ rex ſubditis. vnde ⁊ filij in ptāte patris. ⁊ nepotes ī poteſtate aui ſicut ⁊ ſubditi in poteſtate regis. Quarto ibi. Inſuper exceſſu autē ⁊c̄. oñdit in quo cōueniunt oēs hi⁹ amicitie. et ponit duo. Quoꝝ vnū eſt ꝙ oēs hi⁹ amicitie cōſiſtūt in quodā ſuperexceſſu vni⁹ ad alterū. ⁊ q2 in rege ⁊ ſubditis hoc eſt manifeſtū. manifeſtat hoc circa patres ⁊ filios. q2.n. pater eſt ſupexcedēs inde eſt ꝙ parētes honoꝛātur a filijs. honoꝛ ſupexcellēti debet. ⁊ in pꝛimo habitū eſt. ⁊ idē dicendū eſt circa ꝓgenitoꝛes. Aliud autē ē ꝙ in hi⁹ amicitijs nō eſt idē iuſtū ex vtraq₃ pte. vt.ſ. rex idem faciat ſubdito quod ſubditus regi. vel pater filio qd̄ fili⁹ patri. ſed attēdit vtrobiq₃ iuſtū ſ₃ dignitatē vt.ſ. vtq₃ faciat alteri⁹ qd̄ dignū eſt. q2 ſic etiā amicitia inter eos cōſiderat vt vn⁹ alterū amet ſm̄ qd̄ dignū eſt. Deinde cum dicit. Sed ⁊ viri ⁊c̄. oñdit qualiter ſit amicitia ſm̄ ariſtocrathia₃ ⁊ dicit ꝙ amicitia q̄ eſt īter virū ⁊ vxoꝛē eſt talis ſicut ea que eſt in ariſtocrathia in qua p̄ficiūt aliqui ſm̄ virtutē ⁊ pꝛopter eam amant. ⁊ q2 illi qui p̄ficiunt ſūt melioꝛes. iō attribuit plus de bono inquantū.ſ. alijs pꝛeferunt ⁊ vnicuiq₃ tn̄ attribuit id qd̄ ei cōuenit. virtuoſi.n. in pꝛincipatu nō ſubtrahūt ſubditis bonū quod eis cōgruit ⁊ ꝑ hunc etiā modū cōſeruat iuſticia ſm̄ ariſtocrathia₃ ⁊ ita eſt in eadē amicitia viri ⁊ vxoꝛis. vir enī q2 melioꝛ eſt p̄ficit vxoꝛi. tn̄ vir nō pꝛoꝛipit ea que ſunt vxoꝛis. Deinde cum dicit. Qd̄ aūt fratrū ⁊c̄. oñdit qualiter amicitia accipiat ſm̄ timocrathiā. ⁊ dicit quod amicitia que ē īter fratres aſſimilat etayrike.i. amicitie coetaneorū. fratres.n. ſunt equales ⁊ coetanei. ⁊ q̄les vident eſſe coetanei vni⁹ eſſe diſcipline. ⁊ vni⁹ moꝛis vt plurimū. eo qd̄ moꝛes ſequūt ꝯſuetudinē vite. vt in ſecūdo habitū eſt. ⁊ ex hoc p₃ ꝙ tali amicitie aſſimulat amicitia que eſt ſm̄ timocrathiā ī qua ciues qui p̄ficiūt ſūt equales ⁊ epyiches.i. virtuoſi. vnde iuſtū eſt ꝙ ī pte pꝛincipentur. ita.ſ. quod in parte pꝛincipentur ita.ſ. quod vnus non habeat totum pꝛincipatum ſed particularem. ita quod in pꝛincipatu equentur. ⁊ ſic etiam eſt amicitia inter eos. ⁊ hoc etiā manifeſte obſeruatur in amicitia fratrum ⁊ coetaneoꝛum ſiue cōnutritoꝝ. Deinde cum dicit. In tranſgreſſionibus autem ⁊c̄. oſtendit qualiter ſit amicitia ſm̄ politiciaſ coꝛruptas. Et circa hoc tria facit. Pꝛimo oſtēdit ꝙ in huiuſmodi politicijs eſt parum de amicitia. Secundo oſtendit inquantū eaꝝ ſit minimū de amicitia. ibi. Et minime in peſſima Tertio in qua earum ſit plurimū. ibi. Que aūt ī democrathijs ⁊c̄. Dicit ergo pꝛimo ꝙ in trāſgreſſionibus.i. in politicijs coꝛruptis. ſicut parum eſt de iuſtitia. ita etiā eſt ibi parū de amicitia que eſt quodammodo circa idem iuſtitie. Deinde cu₃ dicit. Et minime in peſſima ⁊c̄. oſtendit in⁹ qua coꝛruptarū politiciaru₃ ſit minimum de amicitia. Et circa hoc tria facit. Pꝛimo pꝛoponit quod intendit. Secūdo pꝛobat pꝛopoſitum. ibi. In quibus enim nihil ⁊c̄. Tertio oſtēdit qualiter debeat intelligi quod dictum eſt ibi. Scd̄m quod quidem quid ⁊c̄. Dicit ergo pꝛimo quod cum incoꝛruptis politicijs ſit parum de amicitia conſequens eſt ꝙ minimū ſit de amicitia in peſſima politiciarū coꝛruptarum.ſ. in tyrannide in qua aut nihil aut valde paru₃ eſt de amicitia. Deinde cu₃ dicit. In quibus enim ⁊c̄. pꝛobat pꝛopoſitum quia enim amicitia in cōmunicatione cōſiſtit vt ſupꝛa oſtenſum eſt. manifeſtum eſt quod ſi inter imperantem ⁊ imperatū nihil ſit cōmune. puta cum imperans ſuū pꝛopꝛium bonum intendit neq₃ amicitia inter eos eſſe poterit. ſicut neq₃ iuſtitia eſt inter eos inquantum.ſ. imperans vſurpat ſibi totum bonu₃ quod debetur imperato. hoc aute₃ accidit in tyrānide quia tyrannus non intendit bonum cōmune ſed pꝛopꝛiū. ⁊ ita ſe habet ad ſubditos ſicut artifex ad inſtrumentum. ⁊ anima ad coꝛpus. et dominus ad ſeruū. vtitur enim tyrannus ſubditis vt ſeruis. hec enim tria que dicta ſunt iuuātur a b hijs que vtuntur eis inquantū mouentur ab eis.ſ. ſeruus a domino coꝛp⁹ ab anima inſtrumentum ab artifice. non tamen eſt amicitia vtentium ad ea quibus vtuntur. quia ⁊ ſi in aliquo pꝛoſunt eis non intendunt per hoc bonū eoꝛum niſi ſm̄ quod refertur ad pꝛopꝛium bonum. ⁊ hoc pꝛecipue manifeſtum eſt de artifice in cōparatione ad inſtrumenta inanimata ad que non eſt amicitia neq₃ iuſtitia. q2 non cōmunicāt in operatione humane vite. ⁊ ſimiliter non eſt amicitia ad equu₃ ⁊ bouem quāuis ſint animata ⁊ ita etiam non eſt amicitia domini ad ſeruum inquantu₃ eſt ſeruus q2 nō habet aliquid cōe ſed totū bonū ſerui ē dn̄i. ſicut totum bonū inſtrumenti ē artificis. ſeruus.n. eſt quaſi inſtrumentū aīatu₃ ſicut ⁊ ecōuerſo inſtrumētū eſt quaſi ſeruus inaīat⁹.

Deinde cū dicit. Scđm quod quidē igitur ꝛc̄. oſtendit qualiter ſit intelligendū quod dictū eſt. ꝛ dicit ꝙ ſm premiſſa nō eſt amicitia dn̄i ad ſeruū inquantū eſt ſeruus. eſt tñ amicitia ad ipſum inquantū eſt homo. pōt enī eſſe aliqua amicitia cuiuſlibet hominis ad omneꝫ hominē inquantū poſſunt cōicare aliqua lege ꝛ in aliqua operatōe. i. in aliquo pacto vel promiſſo etiā ſm hūc modū pōt eſſe amicitia domini ad ſeruū inquantū eſt homo. ꝛ ſic patet quod in tyrannide in qua principes vtuntur ſubditis vt ſeruis. parum eſt de amicitia ꝛ iuſtitia. Deinde cū dicit. Que aūt in democrathijs ꝛc̄. oñdit ī qua policiarū corruptaruꝫ ſit plurimū de amicitia. ꝛ dicit quod in democrathia. qꝛ in hac politica illi qui pꝛīcipātur in multis intendūt ad cōmunē bonū inquantuꝫ volunt equari populares inſignibus intendentes pꝛīcipaliter ad bonū populariū. oligarthia autē medio mō ſe habet qꝛ neqꝫ intendit ad bonū multitudinis: ſic̄ demotrathia. neqꝫ ad bonū vnius ſicut tyrānꝰ ſed ad bonū paucoꝝ.

